

1794, 1 11. 7
22 10

DISSERTATIO IN AVGVRALIS.

DE

REI VINDICATIONE
JURE LUBECENSI ARCTIS ADMODUM LIMITIBUS
CIRCUMSCRIPTA

QVAM

RECTORE ACADEMIAE MAGNIFICENTISSIMO
SERENISSIMO DUCE AC DOMINO
DOMINO

CAROLO AVGVSTO

DUCE SAXONIAE IULIACI CLIVIAE MONTIVM ANGARIAE
ET GVESTPHALIAE LANDGRAVIO THVRINGIAE REL.

EX

DECRETO ILLVSTRIS IURISCONSULTORVM
ORDINIS

PRO
SVMMIS IN VTROQUE IURE HONORIBUS
RITE CONSEQUENDIS
DIE v. APRIL. CLO CCLXXXIX.
PVBLICE DEFENDET

A V C T O R

CAROLUS GEORGIUS CURTIUS
LUBECENSIS.

8

I E N A E,

EX OFFICINA FIEDLERIANA.

8

LIBERAES SACRI ROMANI IMPERII

REPUBLICAE LUBECENSIS

SENATUI

VIRIOS

MAGNIFICIS, GENEROSIS, EXCELLENTISSIMIS

CONSULTISSIMIS, AMPLISSIMIS

PRUDENTISSIMIS

DOMINIS CONSULIBUS

DOMINIS SYNDICIS

DOMINIS SENATORIBUS

DNO. PROTONOTARIO

DNN. SECRETARIIS

PATRIAE PATRIBUS
MAECENATIBUS
FAUTORIBUS INDULGENTISSIMIS
BENIGNISSIMIS
SPECIMEN HOC QUALE CUNQUE
ACADEMICUM
EA QUA DECEP
PIETATE AC REUERENTIA
CONSECRAT
DOMINUS SANTOTORIUS
DOMINUS SANCTOFRANCIS
DNI SECRETAРИUS
AUCTOR.

PRO O E M I U M.

Cogitanti mihi de elaborando quodam specimine aca-
demico, patria iura prae ceteris arriserunt; tum,
quoniam profecto dignissima videbantur, quibus stu-
dia et operam dicarem; tum, quia rerum tractanda-
rum egregiam copiam quoque praebabant. Quum
vero in ipso eligendo Dissertationis themate, cuiusnam
tractationem praeoptarem, valde dubius essem; ea de
re consului Virum Magnificum et illustrem HERM.
DIET. KROHN, Reipublicae patriae Consulem longe
meritissimum, auunculum et fautorem, ad cineres vs-
que deuenerandum. Hic Vir, qui insigni erga me
fuit omni tempore benevolentia ac humanitate, auctor
mihi erat, ut ei iuris argumento, quod iam explicare
studui, operam nauarem; neque minus subsidiis be-
nigne me instruxit. Quicquid igitur in hac Disserta-
tiuncula laude ac lectu dignum forte videbitur; id

omne ab hoc venerando Viro, tanquam e fonte pri-
mario proficii lubenter confiteor; simulque non pos-
sum, quin *Eidem* gratissimam meam mentem explicem,
Eumque, ut vel imposterum mihi fauerat, orem atque
obsecrem.

Nec immemor sum humanitatis, qua adductus,
Vir per illustris, summis dignitatibus ac meritis con-
spicuus CAR. FRIED, WALCH, Patronus ac Prae-
ceptor maximopere colendus, excellentem ac ege-
gium librorum apparatum mihi aperuit, meque con-
filio et collocutione benigne subledauit. Est igitur,
quod huic magni nominis Viro grates persoluam ma-
ximas, *Etusque* fauori me omni obseruantia ac de me-
liori commendem.

TABULA SIUE SYNOPSIS DISSERTATIONIS.

Post traditam rei vindicationis definitionem §. I. et transimus ad quosdam casus, quibus iure romano restringitur haec actio. §. II. et deinde ad ius patrium. §. III. Quo facto generalia quaedam praemittuntur, scilicet:

- a) De extensiva interpretatione eorum, quae de rebus furtiuis iure Lub. sunt disposita. §. III.
- b) De domini facultate, rem a tertio possesso, pretio refuso, repentina. §. V.
- c) De necessaria possessoris bona fide, nec non de duabus exceptionibus, huc referendis. §. VI.
- d) De mala fide, imprimis superueniente. §. VII. quae tamen non toleratur:

in Praescriptione Lubencensi annuali. §. VIII. Qua, quum tam res immobiles, quam mobiles praescribantur.

omnes immobiles ceteroquin posse vindicari, traditur §. VIII. Iam vero frequens tractatio omnis circa res mobiles versatur; ita quidem, ut priore loco de modo differatur, quo rei alienae possessionem nactus est possessor, ideoque loquendi locus sit:

De rebus trans mare allatis. §. X.

De emtore bruti in foro boario. §. XI. *)

De

*) §. XI. assert casum, qui reuera ad ipsum ius Lubencense non pertinet; verum potius in articuli cuiusdam limitatione, nouiore aeno facta, consistit. Non male tamen adduci hoc loco hanc neotericam dispositionem, putau.

De eo, qui tres denominat possessores, rei evictionem ante ipsum praestare valentes. §. XII. Quibus pertractatis, iam transgredimur ad modum, quo possessionis expers factus est verus dominus. §. XIII. Id quod fieri potest:

Si e eiusdem consensu. §. XIV. Vel potius cum eius consensu. Quapropter contractus quidam inter ipsum, et alium internenerit, necesse est, adeoque nexus adit personalis inter dominum et alterum; de quo differitur. §. XV. Iamque in medium profertur:

regula: Hand muss Hand wahren. §. XVI. Qua proposita, eadem ad solum commodatum minime pertinere, traditur. §. XVII.

In duobus vero sequentibus §pis XVIII et XVIII, de interpretatione verbi, quod est: vertrauen, rite instituenda, nec non de eiusdem genuino significatu quedam afferuntur. Contracta autem inter traditatem et accipientem inito, hic rei traditae possessione cadit vel consensu vel circa consensum. Quo ultimo casu datur domino R. V. §. XX.

Quodsi vero consensu rem traditam alienauerit accipiens, contractus, inter hunc et traditentem initus est: vel Dominii translatus. §. XXI, vel Domini non translatus. Hinc variae proferuntur conventiones, videlicet: 1) Pignus. §. XXII. 2) Depositum. §. XXIII. 3) Mandatum. §. XXIV. 4) Locatio conductio. Quo facto variae quaestiones subiiciuntur. §. XXV, nec non, quid iuris sit circa eos, qui inualide de rebus suis disponunt, traditur §. XXVI.

Nota: Sic transmutati hunc totius operis conspectum, qui antea Dichotomiae, de qua §. III, differitur, propins accedebat.

DE

8

DE REI VINDICATIONE

JURE LVBECENSI ARCTIS ADMODVM LIMI-
TIBVS CIRCVMSCRIPTA.

§. I.

Rei vindicationis definitio.

Actionis, cui haecce tractatio dicata est, nomine ac natura, e iure romano inde petitis, facile adducor, vt ad hoc ipsum ius statim me conuertam, adeoque huius actionis definitionem secundum illud suppeditem. *Rei vindicationem vero esse actionem realem, competentem domino rei corporalis, adversus possessorem, eum in sinem, vt ille dominus declaretur, hic vero rem cum omni causa restituat: inter omnes, iure romano paulisper inabu-*

A

tos,

tos, satis superque constat. Neque vero, qui huius definitionis omnes perlustrarem atque exponerem characteres, iam me accinctum esse censeo; sed, ut scopo meo potius inferuam, non nisi duos enoto grauiores, vnum: contra quemlibet possessorem memoratam institui actionem, alterum: gratis, nec pretio a vindicante refuso, rem repeti. Juris enim romani, de vindicandis rebus alienis, hasce potissimum theses Lubecenium respuant statutariae leges, denegantes domino, multis in casibus, rei vindicationem, permittentes tamen eiusdem recuperationem, pretio refuso. Et vero, quanta alioquin fuerit apud romanos rei vindicationis auctoritas, quantique aestimauerint dominii sanctitatem: adiungunt tamen nonnullae nostrae actionis restrictiones, in ipso corpore iuris civilis allatae, [quas, quemadmodum cum hoc simili] receperunt nostri, ita in ipsis quoque statutis quasi confirmatas, pro parte, deprehendimus. Quapropter circa has exceptiones versetur primo loco disquisitio nostra; breuissimis eas, ne contra finem nostrum de his simus longiores, expositiona.

A
i. dicitur etiam, uti q[ue] ab aliis erat, uti a iuris
quid se posset, utrumque. **S. II.**
in tribusq[ue] bellis omnibus, si memoriisq[ue] aliquot
Afferuntur casus, quibus iure romano res vel plane non, vel non
nisi pretio refuso, potest vindicari.

Dominus enim rem suam vel nullo modo a tertio
possessore potest repetere, vel potest, ubi pretium huius
refun-

refundit a). Ad primum vero casum sequentes pertinent exceptiones:

i) Qui reū a fisco emit, statim eiusdem sit dominus, quamvis sit aliena. — cf. l. 3, C. de quadr. praescr. v. WESTPH. l. c. §. 28.

2) Aduersus hereditatis possessorem si hereditatis petio institui non potest, neque R. V. contra eundem datar. p. l. 25. §. 17. D. de her. pet. v. WESTPH. §. 35.

3) WESTPH. §. 41. hoc quoque trahit eum casum, si dolo quis in contractu deceptus est; cui non nisi contra dolosum, eiusque heredes, competit actio personalis; minime vero contra tertium possessorem rei vindicatio. p. l. 10. C. de rescind. vend. in qua decepto conceditur restitutio in integrum b). Jam vero has exceptiones Labeenses, et qui eorum iure vtuntur, cum toto iuris romani corpore simul receperunt. Quare, nisi forte pra-

a) Vberius de hac alternativa egit: F. C. WESTPHAL. Abhandlung der Fälle, in welchen der Eigentümer seines in eine dritte Hand gesetzten Sachen bzw entweder gar nicht, oder doch nicht unentgeltlich abfordern kann, quem aus forem hoc loco sequi, mecum constitui.

b) Transire vero ad partem dolosam dominium? — Controver-
sus in hanc esse questionem, saltim constitutur WESTPH. l. c. Quod si
bona autem affirmanda est, nec illa hoc casu cogitari potest vindicatio; ne-
que perinet ad huius actionis restrictiones hicce casus, quas tamen
sentimodo exponere studuit in tractatione sua dictus autor. —

xis contrarium quid introduxit, iis apud nos quoque standum esse, omni caret dubio.

Quod autem attinet ad secundum casum, dominus scilicet si, prelio refuso, a tertio rem suam potest recuperare, hoc quidem referre debemus:

1) Si domini negotia a possidente vere sunt gesta, quam hic illius rem acquireret; e. g. rem si alias fortasse peritaram, cum animo, domino eam conseruandi, acquisiverit possessor. v. l. 6. §. 8. D. de negot. gest. & WESTPHAL. l. c. §. 23. qui addit: l. 6. D. de capt. et post. egestasque subiicit huius rei restrictiones, quae ipsi eiusdem naturae quam maxime conueniunt.

Qualem negotiorum gestionem iure quoque Lubencensi agnoscit, ex simili quodam casu patet, quem assert art. 4. lib. 5. tit. 1. c)

2) Do-

c) Ist unser Bürger einer wegen Schuld flüchtig, und es wird sein Gut außerhalb der Stadt oder Baumes, und also zu Wasser oder Lande angetroffen: Der nun solches erlitten von den Creditoren aufbält, und wieder bringet, der soll an dem Gute allen andern Creditoren vorgezogen werden.

Hoc enim casu pretium quasi accipit negotiorum gestionis ille creditor, qui aliorum creditorum negotia gessit. Id quod cum illa romani juris dispositione pari passu ambulat. — Conf. quoque art. 2. lib. 6. tit. 5.

2) Dominus rem suam oppignoratam, a creditore pignoratio denuo tertio suppositam, nisi sublato inter ipsum et creditorem nexus pigneratio, vindicare non potest *d)*. v. WESTPHAL. §. 47. Iure quidem Lubecensi dominus rem oppignoratam, ita alienatam, vindicare nunquam potest; quamvis puniatur creditor, rem sibi concretam denuo oppignorans. v. infra §. XXII.

3) Per in integrum restitutionem si rem recuperat anterior dominus, restituat necesse est b. f. possessori premium datum, vt ne cum huius damno existat locupletior; quam stricto iure iam perdiderit dominum. cf. l. g. D. quae in fraud. cred. & l. 3. 4. C. de his, quae vi metusue causa. v. WESTPH. §. 37. sqq.

§. III.

Transitus ad ius patrium.

Iam vero proprius ad patrium ius accedo, varias, quibus circumscribitur memorata actio, limites recenturus. Quarum quidem tam indeoles, quam copia, contrariae ambae iuri romano, ex ipsa reipublicae constitutione videntur traxille originem. Ita enim est compara-

A 5

rata

d) Refero hanc exceptionem ad secundum casum, quoniam certum mihi videtur esse et expeditum, dominum, si debitum soluerit tertio possessori, circa rem suam contractum, eandem ab hoc posse recuperare.

rata, vt, a primis incunabulis inde, commerciorum utilitatem suminam quasi legislatricem agnoverit. Quapropter legibus nostris, permultis in casibus, emtor, creditor pignoratitius, possessor denique omnis, ipsa possessione redduntur securi; parum curantes, sitne res, in qualitate iura iis competit, tradentis, an minus? — Omnes autem rei vindicationis restrictiones, iure lubecensi statutas, tabula, quam huic tractatu adieci, curatus definire, ordinemque sistere studui, quem ut sequerer, rerum tractandarum praecipue suadebat natura; non aegre admittens huiusmodi dichotomiam, qua casus omnes obuios uno obtuitu inspiciendi ac perlustrandi, cuique fieret potestas. Ad quos priusquam progrediar, generalia quaedam a me sunt praemittenda, quo magis ea, quae ad omnes restrictionum species pertinent, primo quoque loco disquirantur.

§. III.

Generalia quaedam praemittuntur: a) de extensua interpretatione eorum, quae de rebus furtiis iure lub. sunt disposita.

Domino quibusdam in casibus iure lubecensi denegatur facultas, rem, farto ipsi ablatam, vindicandi. e) iam vero quaeritur: num possint ea, quae de re furtiva, a domino non vindicanda, disposita sunt, ad omnes res alienas extendi, quo ceteroquin modo e domini custodia ad tertium peruenient, nullo habito
eo v. infra §. X. sqq.

discrimine, utrum farto domino sint ablatae, an vero minus? — Posse credo. Dominus enim, qui ne rem quidem furtuam, cuius possessionem ipso non consente amisit, cuiusque maxima est auctoritas, a tertio valet renocare possessore, multo minus vindicat aliam quamcumque suam rem, quam cum consensu alteri tradidit. Cui enim plus non licet, ei neque, quod minus est, videtur licere. arg. l. 21. de reg. iur. Accedit, quod nulla ad sit ratio, cur demum res furtiva, ne vindicare tur, cautum esset, nisi ea, ut commercio magis magisque consuleretur; cui iuris nostri rationi mirifice conuenit, quo magis ad omnes res alienas pertineant ea, quae de furtivis sunt disposita. Tanta enim est patrii iuris commerciorum utilitatem promouendi sollicitia, quae, haec periclitari, si ei fuerit visum, rei furtuac quoque aliquin integrum vindicationem denegaret domino. Qua urgente ratione, si ne rei furtuac quidem perpetua auctoritate, ut eius concederent vindicationem, moti sunt legum nostrarum conditores: alias res alienas vindicari posse, quoties furtuac non possunt, multo minus statuerunt. Quae quam ita sint, nullus dubito, quin eas rei vindicationis restrictiones, quae in statutis sub tit. de farto, atque circa res furtivas, leguntur, ad omnes traham res alienas, neque verbis legis contra eius rationem inhaeream. Qua de causa dictas restrictiones minime specialibus accersiui, verum potius eas, tanquam generales, primo statim loco posui.

§. V.

b) *Pretio refuso, rem suam a tertio posseffore repetit Dominus.*

Deinde sequens axioma generaliter quoque tenendum ac praemittendum esse, credo: Dominum in iis casibus, quibus R. V. ipsi denegatur, pretio tamen refuso, rem suam a Tertio nunquam non posse recuperare. f)
Etenim art. 2. lib. 3. tit. 2. hoc ipsum testari videtur verbis: „so muss er es selbst lösen.“ Quae verba, cur ad omnes rei vindicationis restrictiones non pertineant, non video. — Iuris quoque Lubecensis solertissimi commentatores eandem souere videntur sententiam; saltem aperte fouent de quibusdam restrictionibus; g) quare

f) In praescriptione tamen exsulare videtur haec thesis, v. infra, §. VIII.

g) v. STEIN. Abhandl. d. L. R. P. S. p. 218. verbis: „Wie dann auch desfalls 4) billig dem Eigentümer die Freiheit zu gönnen, daß er dem Besitzer seines Gutes, da es über See und Sand gebracht ist, sein davor ausgelegtes Geld restituiren, und dadurch solch Gut wieder an sich nehmen könne.“ Allegat idem art. 2. lib. 3. tit. 2. ad quem v. hunc auctorem. P. 3. §. 72. n. 4. et MEUUM. ad hunc art. Casus, ad quem trahit dictum art. et verba: „so muss er es selbst lösen“ STEIN: l. c. est de rebus, trans mare adiectis. MEUUS autem ad art. 10. lib. 4. tit. 1. n. 5. verbis: „sic ut ablata a possessoribus absque pretio vindicari non possint“ circa rem publico bello acquistam, secundum statuta nostra non vindicandam, eiusdem est opinionis. In uno igitur casu, nempe in art. 2. all. contento, habemus expressam legem, quam transferunt ad duos

ex generali illo interpretationis principio: vbi eadem ratio, ibi eadem legis dispositio: de omnibus denegatae R. V. speciebus haec valere, in aprico est positum. Ceterum hocce prolatum axioma minime pertinet ad limites, quibus circumscribitur actio nostra, quoniam, vbi pretium refunditur, reuera non adest R. V. qua infinitata, vt gratis reddatur res, necesse est; verum potius simplicem habes rei a tertio possesso recuperationem.

§. VI.

c) Bonae fidei possessori res tantum euinci nequit; exceptiones.

Porro generalem statuamus regulam, necesse est, eam: bonam fidem requiri in omni possesso, qui contra dominum vindicantem exceptione quadam, in ipso iure Lubecensi fundata, studet se defendere h). Quamvis

duos alios dicti commentatores; quare in reliquis idem statuendum esse, contendere.

b) v. STEIN. P. 2. p. 15. et P. 3. p. 116. — Jure lubecensi expressis verbis bonam fidem requiri, contendi quidem non potest; attamen, hanc abesse posse, si affirmandum foret, ipsi nobis in foro saepissime contradiceremus, quoniam iura, tam romana, quam canonica, etiam nos receperimus. Quid? quod non separato m. f. a b. f. possesso, sapienter vix ac ne vix quidem lis posset decidi? E. g. in doctrina de fructibus restituendis, de impensis cet. — At enim vero art. 9. lib. 3. tit. 4. b. f. omni-

no,

B

vis vero iure nostro admodum sit generalis haecce thesis, duas tamen eiusdem exceptiones primo statim loco paucis ponderare debemus. Etenim, ne ipsa quidem bona fides, ut adsit in possessore, quo minus contra eum institutatur rei vindicatio, requiritur:

i) Res, si in publico bello, sub vexillo ducis, fuerit capta. p. art. 10. lib. 4. tit. 1. i) Quo casu neque de bona,

no, ut adsit in possessore, expressis verbis requiritur: *Besitz jemand ein Gut, es sey ihm geschenkt, verpfändet oder verkauft, so kan er das auf seinen Eyd wider alle Anprache wohl behalten cet.* — Et quidem ex verbis: „auf seinen Eyd“, merito colligimus, hoc modo probare debere possessorem bonam fidem. Id quod semper fiat ex parte possessoris, siquidem integrae famae est, iuramento praestito, quoties praefumtio contra eum militat, e. g. vbi res furtiva apud eum reperitur, necesse est. p. art. 8. lib. 3. tit. 4. et art. 2. 6. lib. 4. tit. 1. Contra vero, tali praefumtione non existente, ad id respiciendum, ut mihi videtur, quaenam partium affirmet? Et vero sufficit omnino, dummodo, tempore rei acquisitionae possessorem bonam seruasse fidem, probetur; quoniam, si vel imposterum, aut ipso domino rem reuocante, aut aliunde compertus fuerit possessor, rem, quam possidet, esse alienam, ex eo eandem neutiquam vindicat dominus, v. §. seq.

ii) *Wann einer in offenem Kriege unter eines Herrn Fänlein etwas gewinnt, und solch Gut von einem andern für geraubt oder gestohlen Gut angeflossen wird, so ist der Kriegsmann, wann er solches mit etlichen seiner Spießgesellen beweisen kan, näher dabey zu bleiben, dann derjenige,*

II

bona, neque de mala fide acquirentis, sermo ullus esse potest; nisi forte hoc malam fidem velles nominare, quod aperte, et ipso facto, sciat, rem, quam capit, esse alienam. Inspicientibus vero nobis §. 17. J. de rer. divis. I. 5. in fin. et I. § 1. D. de acquir. rer. dom. facile apparebit, ipsos romanos, iure quodam gentium generali, sicut nostri, adducti, idem de rebus bello captis statuisse. Miles enim, rem capiens, statim eiusdem sit dominus, ita ut denegetur pristino domino, aduersus militem non modo, verum omnes etiam eos, qui rem ab eodem accepterunt, rei vindicatio. Neque vero, quum *publici* fiat mentio belli in art. nostro, in quo reuera hostilia, inter diuersas gentes, arma geruntur: quae *civilibus* bellis erupta sunt, subesse, putandum est, huic dispositioni, quoniam in his belligerantes pro hostibus nequeunt haberi. Pergit idem art. verbis: *unter eines Herrn Fünlein;* priusquam scilicet deuicti sint hostes; neque, per eadem verba, milites si soli excurrant, praedaque potiantur, pro non vindicandis res captae possunt haberi. Et vero plura his iam non addam, quum art. ipse sit admodum clarus, ceterarumque rerum tractandarum me auocet copia.

B 2

pia.

nige, welcher die Ansprach geibet. Proponere videtur hic art. ius gentium, quod est de rebus bello captis, non vindicandis. Caut tantum, res *furtiva* ne excipiantur, sanciendo, ne eam quidem posse vindicari. Quo sensu quoque Meuius hunc art. accipere videtur; saltem expresse non addit, hunc art. ad rem *furtivam* restringi debere. Id quod confirmat §. III, a me proposita.

pia. Quare ad secundam regulae illius exceptionem me
conuerto; etenim;

2) Non nisi pro parte domino denegatur rei vindicatio, si forte eius regni seu prouinciae sit incola, per cuius leges neque nostri ciues res ex eadem prouincia possunt reuocare. Quo casu domino rei suaee duae solum partes restituuntur, tertia vero iudicio applicatur. p. art.
2. lib. 4. tit. 1. k). Neque minus hoc loco de bona vel
mala

k) Würde einem Diebe sein eigen Gut abgejaget, davon gehörer der dritte Theil demjenigen, welcher es ihm abgejaget bat; die andere zwey dritte Theile gehören dem Wette, und dem Gerichte. Were es aber gestohlen Gut, so sol dasselbige wiederumb an seinen rechten Herrn kommen, doch dergestalt: Wann das Gut einem Fremden in andern Königreichen und Fürstenthümern zugelöhret, und solch Recht auch alldar den unsren widerfähret, so sol es allhier auch also den Fremden widerfahren: Wo aber nicht, so bleiben zwey Theil desselben Gutes seinem Herrn, und das dritte Theil dem Gerichte. At vero ad eum casum hunc art. restringi non debere, si eripiatur furi res (wenn das Gut ihm abgejaget würde) sed potius de omni re furtiva esse accipendum, non est, quod moneam v. STEIN. P. 3. p. 440. eodem modo interpretantem. Textus latinus clarius loquitur, quin noua periodus incipiat verbis: Res furtiva ablata reddit ad dominium, modo hic cet. Jam vero obiicienti, ad res furtivas tantummodo pertinere hancce dispositionem, primum, quae §. III. generali nomine a me sunt prolata, oppono. Deinde vero certissimum est, domino extraneo, cui in quadam prouincia rei furtivae vindicatio dene-
gatur, omnis aliae vindicationem quoque denegari, quoniam, si
con-

mala fide non quaeritur. Quodsi autem, per alienae provinciae leges, nostris ciuibus rei sua ex eadem per vindicationem repetendae denegatur facultas; illius provinciae incolae, vt patientur, se eodem iure vti, quando de eorum re, ex nostra vrbe retrahenda, agitur, profecto est aequissimum. Jus enim retorsionis hoc casu recte exercetur. — Attamen duae partes restituuntur domino, tertiam solummodo retinet iudicium.

S. VII.

d) *De mala fide; imprimis superueniente.*

Reliquis vero omnibus casibus, quibus de bona vel mala fide quaestio potest moueri, primo disquiramus loco, quid de mala fide sit sentiendum? Quodsi autem in eadem quomodounque haereat possessor: vtrum statim ab initio, quem rem alienam acquireret, in eadem fuerit constitutus, an sit superueniens mala fides, omnino est distinguendum. Ad priorem igitur casum quod attinet, eiusmodi malam fidem possessori non nocere, quis est, qui affirmet? — Huic enim sine dubio probatio inumberet ea, dolum, quem nulla iura patrocinantur, nostra tamen patria iura patrocinari. Quam, quibus-

B 3

nam

consensu rem alienauit, semper habet, quem conueniat actione personali; sicuti, quoties rem furtinam vindicare non valet, contra furum, sive eum, qui forte mala fide rem acquisiuit, eorumque heredes, experietur, necesse est.

nam argumentis suffulciret probationem, equidem nescio. Verum enim vero longe aliter res se habet circa malam fidem superuenientem, quae, nisi in praescriptione, nunquam nocet possessori. A praescriptione vero, si abstinueris, errorem non posses non incurgere, vbi, talem malam fidem, ex parte possessoris excipientis, domino ad replicam, inde desumtam, viam parare posse, putares. Per ipsam enim legis dispositionem securi redunduntur possessores, quo minus iis noceat mala fides superueniens, quoniam haec si R. V. viam pararet, nunquam non eluderentur leges nostrae, quoties contra possessorem ad rem restituendam ageret verus dominus; quo facto non potest, quin constituatur in mala fide possessor.

§. VIII.

Praescriptio lubecensis annualis.

Bona igitur fide ¹⁾ acquisuerit rem possessor, qui contra dominum restrictione quadam rei vindicationis fese

D Nonne iusto etiam titulo? De hoc saltim nil exstat in statutis nostris. Saepissime tamen, et ferme semper, ut mihi quidem videtur, qui iusto titulo non acquisiuit, in mala quoque fide est constitutus. Bona igitur fides simul complectitur iustum titulum,

LVECAE Io. Hantelmann commodauerat Tilonio cuidam, peregrino, Clauichordium, quod hic, aufugens, reliquit Henrico Palm; quo postea de iniuncta sibi restitutione conquerente, Sena-

fide vult tueri, requiritur; nec nocet mala fides superueniens, quemadmodum ex ante dictis apparet. At enim vero habemus praescriptionem, qua arctissimis sane limitibus circumscrimitur statutis nostris R. V. quum secundum eandem res, per anni et diei spatium quiete possessa, cedat possessori, neque huic a domino villa lis amplius possit moueri p. art. 1. lib. 1. tit. 8. Iam, ut per omne tempus, quo currit praescriptio, bona fide quis possideat, est thesis iuris canonici, quam cum totius corpore simul quoque receperimus. Quapropter, nec minus ex eo, quod nullus iuris nostri textus in contrarium sonet, malam fidem superuenientem interrumpere hanc quoque nostram praescriptionem, certum est atque expeditum. m) Quoad ipsam vero eandem inter rem immobilem et mobilem nulla sit distinctio; namque tam haec, quam illa, eodem spatio praescribitur p. art. 2.

ibid.

Senatus d. 14. Mart. 1732, decreuit: *Wird Supplicant nicht besser, als geschehen, darbun, wie und welcher gestalt er das Clavier quæstionis angeblich vermaßen käuflich, oder sonst dieser Stadt Rechten nach, iusto Titulo an sich gebracht: So bat es bey dem Abprucb, daß Supplicat das Clavier in Anspruch zu nehmen befugt sey, sein Bewenden; immaassen die Sache zu einem und' andern Ende an die Herren des Gerichts verwiesen wird,*

m) Exstat tamen art. 3. lib. 1. tit. 3. in quo mala fides in praescribente homine proprio contra dominum toleratur; verum hoc ex singulari libertatis fauore, et aliis argumentis, quibus iam hoc loco superfedeo, ita videtur esse dispositum,

ibid. Quo de particulari et satis momentoso iuris lube-
censis instituto multi abunde egerunt auctores. Itaque
nihil hoc loco addo, nisi quod certissimum esse ducam,
praescriptionem annalem ad rei vindicationis restrictio-
nes, iure nostro statutas, sine dubio pertinere; quare
eam, et si breuissimis, tamen attingendam esse, credidi.
— Priusquam vero haec missa faciam, monendum est
mihi, generale illud axioma §. V. a me traditum, ad
praescriptionis casum vix trahi posse. Etenim ab eo, qui
praescripsit rem alienam, ex mea quidem sententia, eam
non repetit pretio refuso dominus, quoniam verba, in
art. 2, lib. 3, tit. 2, contenta, ita extendi nequeunt.

§. VIII.

Res immobiles vindicantur.

Ceterum, si praescriptionis casum excipias, quae
faepe dictam actionem limitant, de rebus tantum mobili-
bus sunt disposita. Ad immobilia enim quod attinet, ea
vindicantur eodem modo, quo fit iure romano. Con-
cludimus hoc non solum ex eo, quod p. art. 1. & 2. lib.
3. tit. 6. euictionem praestare debeat emtori rei immobi-
lis vendor, verum ex eo quoque, quod res, quae in
statutis exemplorum loco adducuntur, atque pro non
vindicandis declarantur, ad mobiles tantum queant re-
ferri. Accedit iuris nostri ratio, ut scilicet mercaturae
inseruiatur, cuius negotia circa res mobiles, circa immo-
biles minime versantur.

§. X.

§. X.

De rebus, trans mare atlatis.

Tangat igitur nunc suo quasque ordine regulae ilius: *ubi rem meam inuenio, ibi vindico*, exceptiones disquisitio nostra, versatura in sequentibus non nisi circa res mobiles, et primum quidem eas, quarum, quomodo ceciderit possessione dominus, leges non curant. Omnino enim in hac quaestione, de restricta actione nostra, saepissime ad modum, quo verus dominus rem suam possidere desit, est respiciendum, cuius rei §. XIII. seqq. latior erit considerandae locus. Nunc vero eum tantum modum, quo possessor rem acquisivit, iuraque exinde profluentia, attendimus. Huc autem tres casus debemus referre, quorum primus assertur in art. 4. lib. 6. tit. 5. n).

in

a) Was man für Gut bringet über See und Sand, wird dasselbe als gestohlen und geraubt Gut angesprochen, so ist derjenige, welcher das Gut gebracht, näher dabe zu bleiben, dann ihm der ander abtreiben kan, doch sofern er beweisen kan, mit zween ehrlichen Leuten, oder mit seinem Wirth, oder aber auch durch schriftliche glaubliche Urkund der Stadt, darinne er das Gut gekauft hat, daß er dasselbe redlich an sich gebracht habe. Quocum comparandus est art. 1. lib. 1. tit. 8. Alles das Gut, welches in diese Stadt kommt, doch nicht über See und Sand, und ein Mann bey sich hat Jahr und Tag — — so kan ihm das niemand mit Rechte abgewinnen cet. Ex quo patet, si per mare adiecta sit res, tum non indigere praescriptione, quo minus possit vindicari. Art. ipse incipit verbis: *Alles Gut cet.*

Igi.

C

in quo sancitum est, omnem rem, quam quis per mare attulerit, in eius dominium statim transire, si quidem bona sive se eam acquisiuisse, probauerit. Cuins dispositionis rationem in mercaturaे favore quoque quaerendam esse, nullus dubito. Articuli vero nostri verba paucio latius, quam vti iacent, sunt intelligenda. Hinc verba: *was man für Gut bringet über See und Sand*, et plus ultra: *gebracht*, de eo quoque casu sunt interpretanda, si quis adferri curauerit. Et vero, quam is, qui rem attulit, aut afferri curauit, ne vindicetur, minime vereri debeat: iam multo magis ille securus est, qui rem ab hoc iterum accepit o). Ast enim bonam sive in afferente aut accipiente talem rem, omnino requirunt statuta. Quid, quod ipsa bonae fidei probatio imponatur possessori? Ratio quidem latet tam in aequitate, quam eo casu, quo agitur de re furtiva, in praesumptione quadam, contra possessorum militante. Tria vero adducit art. all. probationis exempla, quibus paulisper immorari, iam non foret indignum, nisi tractationis angustia ad reliqua eius capita me auctoraret p).

§. XI.

Igitur de solis rebus furtivis minime loquitur. Conf. STEIN. P. 5. p. 216. qui generaliter dicit: *fremd Gut*; clarius loquitur P. 2. pag. 16. seq.

o) Veram tamen, vti iam vidimus, (§. V.) in hoc quoque casu, pretium vbi refundit, rem suam recuperat dominus. v. STEN. P. 5. p. 218.

p) Io. Salm. STRYK. Diff. de praeſcr. rerum per mare adlatarum. Secund. statuta Hamb. Hal. 1710.

S. XI.

Emtor bruti in foro boario statim fit dominus.

A mari igitur, vt ita dicam, in terram reduces, paucis etiam duas, quae hoc loco veniunt, pertractemus exceptiones. Exstat autem Senatus Lubecensis decretum, d. 12. Sept. 1789, publicatum, quo, brutum in foro boario emtum a domino non posse vindicari, disponitur. Neque enim alioquin publica in foro rerum venalium vinditio excludit rei vindicationem nostro iure. Plane contrarium loquitur art. 9. lib. 4. tit. 1. Hunc vero magis exposuit et limitauit dictum Scetum. qd. Quodsi autem

S 2

hoc

¶ Quod quidem totum hic apponere, non abs re esse duco. E. hochw. Raths Bestimmung des Art. 9. Tit. 1. Lib. IV. Stadtrechtes wegen auf dem Vieh. Markte erkauften gestohlenen Vieches, d. 12. Sept. 1789. Da über die Frage: Ob die Vindication, oder der Erfatz des auf biesigem öffentl. Viehmarkte erkauften gestohlenen Vieches, statt habe, oder nicht? mehrmalen Streitigkeiten und Rechtsbändel entstanden, und, durch die bin und wieder erfolgten einander entgegenstehenden Entscheidungen derselben, die Auslegung und Anwendung des 9. Art. Tit. 1. Lib. IV. des Stadtrechtes fast schwankend geworden: So will E. Hochw. Rath, um dieser Ungewissheit, mit den daraus entstehenden Proceszen, für die Zukunft vorzubürgen, es zwar bey der Verordnung des beregnet Artikels lassen, nach welchem dem Eigentümmer eines gestohlenen Guts die Vindication wider den Käufer derselben, wenn es gleich auf freiem Markt offenbar verkauft worden, zufliebet; jedoch in Ausbung des biesigen Viehmarkts, wegen dessen besonderer Einrichtung, da derselbe mit einem ordentlich bestallten Viehbeschreiber versehen, und

hoc idem paulo curatius examinamus, statim in eo distinguere licet praefationem s. principium, et ipsam dispositionem. Quarum prior continet: 1) Legis rationem, in eo positam, vt lites magis magisque dirimerentur, nec non art. cit. modo quodam constantiori ac uniformi applicaretur. 2) Cautelam, qua commendatur, legem esse correctoriam, adeoque stricte interpretandam. Quapropter dictus art. minime pro abrogato, sed tantum pro

lim-

und gesichert ist, welcher, wie dem Verkäufer das Kaufgeld, also hinwiederum dem Käufer das erkaufte Vieh, zu gewähren schuldig ist; mehr gedachten Artikel dabis bestimmt haben: Daß die Vindication des auf dem öffentlichen Viehmarkte gekauften Viebes wider den Käufer, der solches durch den Viehschreiber schreiben lassen, nicht statt habes in dßen der Eigentümer, wann er sein Eigentum, und daß ihm solches gestohlen, oder geraubt worden, rechlich erweisen wird, das behandelte Kaufgeld binnen vier Wochen, a dato des Verkaufs, von dem Viehschreiber, nach Abzug der demselben beykommenden Gebühren, zu fordern wohl berechtiget, und dagegen dem Viehschreiber, zu seiner Rücksticherheit, dem ihm verjährigen Verkäufer nicht über, als nach verflossenen vier Wochen, den bedungenen Kauffbillung auszuzahlen, verbunden sey. Actum et conclusum in Senatu Lubecensi publicatione sub Sigillo. d. 12. Sept. 1789.

At vero non modo ex verbis: Daß die Vindication cet, admodum generaliter sonantibus, verum ex iis quoque, quae §. III. proposui, hoc etiam conclusum de solo bruto fertiu accipi non debere, satis apparet. V. quoque annot, quam Tabulae adieci, huc spectantem,

21

limitato habendus, quoniam forum boarium sifit exceptionem a regula, ceteroquin valitura: in foro emta quoque posse vindicari. 3) Excusationem quandam, qua legis aquitas et iustitia demonstratur; quum scilicet ita sit comparatum forum boarium, ut ne damnum incurere possint neque emtor, neque dominus. Jam vero ipsa dispositio, incipiens verbis: *Daf̄ die Vindicatione* cet, sifit ordine congruo iura emtoris, domini, atque annotatoris in foro boario (*des Vielshreibers*). Primus enim, quo minus contra eum locum habeat R, V, redditur securus; probato vero dominio, conceditur secundo bruti pretium, intra quatuor septimanarum terminum ab annotatore excutiendum; huic denique per eundem terminum retinendi pretii, venditori suspecto soluendi, detrahendaeque ob operas praefitas mercedis, datur facultas. Haberem quidem, quae hoc loco adderem, quaeue facerent, ad rite interpretandum hocc Sctum; verum, quuin iubeant praefcripti fines, ad alteram quoque huc referendam exceptionem progedior.

§. XII.

Ab eo, qui tres denominat possessores, euictionem ante ipsum praestare valentes, rem suam non vindicat dominus.

Tres enim, qui allegat possessores, qui euictionem praestare potuerunt, priusquam ipse rem accepit, tatus est ab omni rei persecutione. p. art. 3, lib.

C 3

4. tit.

4. tit. 1. r). Inquirentibus vero nobis in huius art. rationem facile apparebit, in promouendo commerciorum commodo hanc quoque nit. Quo magis enim possessio-
nisi iura defenduntur, eo audacius quisque negotia perficere, contractus inire, omni denique mercaturaee genere negotiari conatur. Ideoque, si quis possessor rem alienam ab auctore suo acceperit, quem ab altero, et hunc iterum ab alio possessore, eandem fuisse consecutum, sciuerit, hosque omnes in bona fide haesisse putauerit, sitque ipse in bona fide, hunc, contra dominum, secundum ipsa art. nostri verba, excipientem, fundatam, ut aiunt, intentionem habere, est certissimum. Omnino au-

tem
 r) Wird ein Pferd für gestohlen angerogen, kan derjenige, bey dem es betroffen, bezugen, daß es ihm auffrichtig, über die dritte Hand zu kommen, daß also drey Personen, und eine jegliche derselben einander haben gewehren können, so bleibt der Besitzer billig bey seinem Pferde. Würde er aber das nicht thun können, sondern derjenige, welcher es anspricht, könnte beweisen, daß er gemeines Pferd auf seinem Stall für das seine gehalten, gefüttert, und daß es ihm unwissend aus seiner gewehr kommen, und er dessen, bis auf diese Zeit, nicht wiederumb ansichtig werden können, so muss ihm das Pferd wiederumb gesetzet werden. — Equus exempli causa adducitur, quippe quod saepissime sit in iur. prou. fax. et alibi. Neque vero ad res furtivas restringendum esse hunc articulum, ex prioribus satis superque consolare, spero. Conf. WESTPHAL. Abbandl. d. Fälle etc. supra all. §. 14. qui eodem modo sentit. MEVIUS ex iuris romani solito amore in Comm. ad hunc art. interpretationem (quod tamen eius manum cum pace dictum esse velim) plane ridiculam affert.

tem in possessore requiritur bona fides; quippe quod non modo ex generalibus iam prolatis principiis, verum ex ipsa etiam voce: *aufrechtig satis facile colligimus.* Atamen, ut mihi videtur, *putasse* eum sufficit, tres antecedentes possessores bona fide contraxisse, quam nihil aliud requiratur, nisi quod ipse eandem seruauerit. *Domino* autem, quia rem per tam varias vicissitudines non persecutus est, imputari posse videtur culpa quaedam, in cuius poenam iam priuatur vindicandi rem a quarto posse fatore facultate. Reliqua, quae profert art. all. partim hoc loco non attinet disquirere, partim ita sunt comparata, ut eorum pertractatio in longiorem nos abduceret discussionem.

§. XIII. *Distinguitur circa modum, quo transfit res a domino ad alium.*

Modum, quo *verus dominus* possessionis expers est factus, hactenus non curauimus; quum, nisi ea, quae intuitu possessoris praemittenda erant, quia scilicet ratione hic rem acquisiuerit, nulla alia requisita huc usque attenderemus. Quomodo cuncte enim res e domini custodia ad alterum peruenierit, ubi sex casuum propositorum unus accidit, statim excluditur R. V. Hos igitur nunc missos faciamus, neque ad eos, nisi forte breuissimis, in sequentibus respiciamus; quum in systemate generali nomine sint anticipati; ita, ut progrediamur ulterius, ab

iisdem

iisdem profecti, easque semper tacite praemittamus. Quare, his cessantibus, alia iam se exserit quaestio, in qua tota sequens tractatio nititur, scilicet ea: *quomodo amiserit possessionem dominus?* Ad quam ut apte respondeamus, in ipso disquisitionis limine distinguendum erit: *vtrum domini voluntate, an minus, hoc fuerit factum; seu, vtrum contractus quidam inter dominum et alium interuenerit, an vero nulla adsit eiusmodi transferendae possessionis in alterum causa.* Quodsi prius contigerit, non potest non domini adesse consensus, expresse, vel tacite declaratus, quo alter rei custodiam nanciseretur, sitque hoc qualemunque negotium ad vnam alteramue contractuum sive pactorum speciem referendum. Posteriore vero casu, ut *inuitio domino res ad possessorem peruenerit, necesse est.* Quid igitur, hoc obvio, sit iuris, priore statim loco videamus.

§. XIII.

Res furtuiae, raptae, amissae vindicantur.

Rem igitur suam vel casu amittit dominus, vel ea ipsi eripitur vi furtoue. Amissa vero sine omni dubio vindicantur, quoniam cum rei possessione simul non amittitur dominium, quippe quod, ceteris paribus, non perit, nisi consensu. Rerum quoque furtuarum et raptarum iure nostro *integra* est vindicatio, et perpetua auctoritas cf. art. 2. 6. lib. 4. tit. 1. art. 8. 9. lib. 5. tit. 4. et alios; nisi forte aliud suadeant commerciorum favor et

et commodum, quemadmodum in antecedentibus vidi-
mus. Quamuis enim haec supra prolatae exceptiones con-
tra art. 209. C. C. C. de rebus furtivis omni tempore vin-
dicandis, impingere videantur, standum tamen est sta-
tutis nostris, potestate quippe legislatoria ac superiori-
tate territoriali conditis. Neque vero, qui hoc iniquum
esse putant, civitatis nostrae, mercaturaem deditae, satis
perspiciunt constitutionem ac indolem. (§. III.)

§. XV.

De nexu personali inter tradentem et accipientem.

Transfamus ad alterum divisionis membrum, quod
est de contractu quodam, inter dominum et alium inito,
cuiusque tam ampla est consideratio, ut ei soli per
totam prolixamque immorari tractationem optimo quis
posset consilio; quemadmodum plures quoque fecisse de-
prehendimus auctores. Quotupliciore enim pacto rei
possessionem transferre potest in alterum dominus, eo
latior patet quaestionum ambitus, quae hoc loco possunt
ventilari, sicuti ex sequentibus satis erit perspicuum.
Traditione vero a domino, et acceptatione ab altero fa-
cta, inter hunc et illum personalis obligationis quidam
nexus intercedit. Hic autem aliam romano, longe aliam
nostro iure sapit naturam. Prioris enim leges iuri do-
minii illimitatam tribuant sanctitatem, cuius, ut ita di-
cam, perpetua nota cuilibet rei sit inusta; quacum trans-
feratur ad quemlibet possessorem; ita, ut perfringat quam-

D

uis

uis obligationem personalem, nec non euertat omnem
mutuam fidem. Verum enimvero patrio iure eandem
eamque grauissimam sanctitatem nexui illi personali, tra-
dantem inter et accipientem existenti, concedimus. Con-
seruandam esse fidem inter duos contrahentes, putarunt
maiores nostri ¹⁾, nec vnam partem hanc esse violaturum
praesumebant; quodsi vero hoc fieret, deceptus vt sibi
ipse imputaret imprudentiam suam, atque conueniret
actione personali decipientem, maluerunt, quam, vt
experiretur contra tertium, quocum ipsi nullum esset ne-
gotium. Fidei, quam alter alteri porrecta manu spon-
debat, vinculum, illo dominii, sanctius, inviolabilius
esse, credebant. Inde profecto in ius Lubecense,
et in vulgus effluxere sequentes paroemiae, quae
sunt: *Hand muß Hand ueahren, nec non: wo je-
mand seinen Glauben gelassen, da muß er ihn wiederum suchen in
art. 1 et 2. lib. 3. tit. 2. prolatae; quibuscum conuenit:
wer ihm das seine vertrauet, muß ihm auch die Rechenschaft ver-
trauen. art. 20. lib. 3. tit. 6.* Quibus iuris nostri thesibus,
praeter propositas, aliae quoque cum hisce concurrentes
causae ansam praebuere, neque parum ad eas stabilien-
das fecerunt. Veteres enim germani, iuris romani qua-
licunque subtilitate needum imbuti, ideoque iis, quae
sensus incurront, ad iura quaedam exinde stabilienda,
saepissime adducti, non satis curarunt inter rei possessio-
nem,

¹⁾ v. SENKENBERG, *Aufangsgründe der teutschen gemeinen Rechtsge-
lehrsamkeit*, lib. 3. cap. 1 et 2.

nem, et alienandae potestatem, distinctionem, quo factum, vt pacta, super rebus alienis inita, alio apud nos, alio apud romanos, censerentur iure t). Accedit, vt mihi videtur, quod veteres iudices, de domini iure, rei inhaerente, parum solliciti, litem secundum ea, quae in aprico erant posita, decidere maluerint; dum scilicet obligationem illam personalem, inter dominum et alium initam, existimabant perpetuo valitaram. Quum enim, vti hodie quoque, saepenumero contingere, vt ad multos possessores res quaedam perueniret, atque contra ultimum deum actio institueretur, is vero bona sua fide potissimum exciperet, neque minus tot praefendarum

D 2

euictio-

^{t)} v. WESTPHAL. *Abhandlung von Verpfändung fremder Güter.* (In
f. rechtl. Abhandl. Samml. I. Halle. 1779.) §. 2.

Domino enim non consentiente, invalida est rei alienae alienatio iure romano. Secus ferme semper nostro iure, Adebat tamen casus, quo, secundum romanas quoque leges, contractus, sine domini consensu super re sua initus, omnino est validus. Fingitur nempe consensus; et quidem in distractione pignoris, a creditore iusto modo facta, qua dominium transfertur ad emptorem, ac si creditor verus esset rei dominus. v. §. I. I. quibus alien. lic. et l. 46. D. de acquir. rer. dom. vbi verba occurunt: „non est nouum, vt, qui dominium non habeat, dominium tamen praebeat.“ Eam vero nonnullorum sententiam: secundum iura maiorum per quosdam contractus e. g. commodatum, pignus cet. dominium transisse, multi auctores abunde refutarunt; e. g. MEUIUS, AMSEL, WESTPHAL cet.

euictionum litiumque congeries iudicis animum quasi
conturbaret: hic, vt breuissimis dirimeret litem, nodos-
que difficiles vno secueret ictu, statim inquirebat in eum
modum, quo rem suam alteri tradiderat dominus; quo
comperto, eum, qui primo loco rem acceperat, et absque
iure alienauerat, obligationi suae satisfacere, ac damna
data resarcire debere, statuebat *v.* Neque profecto ne-
gandum est, litium multitudinem hoc modo quam maxime
supprimi. Quotne enim euictiones, rei vindicatione
instituta, sunt laepissime praestandae? Quo non potest
fieri, quin litium numerus mirum in modum augeatur.
In iis autem ciuitatibus, in quibus ius nostrum receptum
esse, cernimus, quum floreat mercatura, magni profecto
est momenti de euitandis litibus adhibita cura; quo mi-
nus, qui commerciis dant operam, perturbentur iisdem,
atque hoc modo sistatur negotiorum cursus. Sancitum
est igitur quam prudentissime, vt obligationi illi primariae,
inter duos pacientes obuenienti, standum esset,
neque obligarentur plures, vbi, nisi unus, reuera nul-
lus obligatur. Quodsi vero iniquum hoc esse putemus,
dominum ex eo, quod alter fidem fefellerit, rei suae ia-
cturam facere debere, consideremus necesse est, illum
nec leuis culpae reum esse, quum alteri sine cautione ha-
buerit fidem. Imputet enim quisque sibi, in rebus suis
in-

n) Ius hamburgense P. 2. tit. 4. art. 2. eodem, quo nostrum, modo
disponens, legis rationem prudentissime addit, verbis: zu Ab-
schneidung beschwerlicher Disputation,

incaute atque negligenter agens, damnum, quod culpa sua ac incuria sentit. Huic profecto opus est, ut acclamemus illud: fide, sed vide cui! Nam, iura quoque patria cautis sunt scripta. Ita enim si non fuisset dispositum, quo quaeso modo mercatorum negotiis sufficiens inesset securitas, quum periculo, dolo, damno essent nullo non tempore subiecti? At vero secundum nostram celeberrimam iuris thesin contractus omnes, toto die obuios, plurimis in casibus, maxima perficimus securitate. Emissimus rem, pignus accipimus, reque, ut ne eripiatur rem, nullo refuso pretio, verus dominus, fere vñquam veremur. Is autem, quia rem sponte dedit alteri, nec ideo eadem valde egere videtur — possessor e contra eandem eum in finem sibi habere cupit, quo magis lucrum exinde captet: non iniquum esse crederem, si retineat rem posterior, amittat prior, eiusque aestimatione, ab eo, cui consilus est, praeflita, sit quomodounque contentus. Concedit tamen ius nostrum, pretio refuso, rem a tertio recuperandi facultatem domino. (§. V.) Quapropter, quid dolent, vere non habet; nisi quod suam rem pecunia reluere teneatur. Quod vero damnum exinde ipsis assertur, hoc omne resarcire debet is, qui rem a domino primario accepit. Largior quidem, bonis si hic forte cesserit, irreparabile fere damnum pati dominum; neque minus, hoc quoque non eueniente, rei vindicatione tamen modo quodam expeditiore eum rem suam posse recuperare; verum nec alia desunt solatia, ad

D 5

quae

quae refugere potest afflictus. Ad id enim sine dubio respicere debet, se simili in casu eodem iure contra alium vti, nec legem quandam communis et publicae utilitatis causa conditam, ex eo, quod singulorum commodo non semper insertiat, esse reprehendendam. Quid, quod quae nocent, doceant x)? Quae, quum ita sint comparata, posteaquam axiomatis nostri indagauit originem, et causam quasi dixi, liberiore vacuoque iani animo, ad examinandum illud, prout in Lubecensium statutis continetur, memet accingo.

S. XVI.

De regula: Hand muss Hand wahren.

Regulam enim, quae est: *Hand muss Hand wahren* risit art. 1. lib. 3. tit. 2. quocum intime cohaeret sequens art. 2. similem tradens iuris thesin y). Quam quidem pa-

roe-

x) In peculiari tractatione thesis nostrae aequitatem defendit: Am-
sel, de rationabilitate canonis: *Hand muss Hand wahren*. Regiom.
1698.

y) art. 1. *Was ein Mann dem andern leibet, das soll er ihm unverdorben wiedergeben, oder bezahlen nach seiner Würde, wann es verlobt wäre, Verkauffte, vergebe, versetzte, oder alieniret er aber das geliebne Gut, es sey welcher Hand es wolle, so hat der Commodans oder Ausleiber keine Ansprache wider diejenigen, welchen es verkauft, vergeben, oder versetzt worden, sondern muss bey seinem Manne, dem Commodoario, dem er es gelieben, oder bey seinen Erben, auf den Todesfall bleiben; Dann Hand muss Hand warten, — art. 2. Ein jegli-*

roemiam pro perpetria iuris nostri norma habere licet,
imo necesse est, quum vi induita sit legali, **v**rgente scili-
cet

jeglicher sebe wohl zu, wome er das Seine ausleibe und verrane: Dann,
würde es sich zurragen, dafs derjenige, dem es gelieben oder verrauer,
dasselbe verkauffte, versetzte, oder sonst alienirte, wil dann der Aus-
leiber das Gut wieder haben, von dem, welchem das ausgeliehenen Gut
per contractum gebracht, so muss er es selbst lösen, sonst bleibt der
es gekauft, oder an sich gebracht, nübr dabey, dann derjenige, wel-
cher das Gut ausgeliehen, Dann, da jemand seinen Glauben gelassen,
da muss er ihn wiederum fuchen, Originem ex iure inde saxonico
omnino duxit regula nostra, ex quo in statuta nostra translata
est. v. Ius prou, saxon. lib. 3. art. 60. Multis quoque aliis con-
uenit statutis, veluti Bremensisibus, Verdensibus, Stadensisibus,
iuri culmenſi, belgico cet. De qua re fusus egerunt: RUMPF.
de rei vindicatione ex iure romano et hamburgensi, Gött. 1764.
§. 25. et 46. HERTIUS. in paroem, iur, paroem. 19. omnesque
fere auctores de eadem tractantes; quare iam prolata non repe-
tam, maxime, quum non tam de origine, quam de applicatio-
ne et vsu eiusdem, quaedam in medium proferre, mecum con-
flituerim.

Iuris Lubecensis reuifores paroemiam nostram exprefſerunt
verbis: *Hand muſ Hand warten*, quum tamen ſemper occur-
rat vox, quae eſt: *wahren*, quae meliorem ſenſum praebere,
ac uitatior videtur eſſe. At vero duplēcēm habet vim prius vo-
cabulum; nam ſignificat: euictionem praefare et curam habere,
quo ultimo modo hoc accepſile videntur ſtatutorum reuifores,
ita tamen, vti credo, vt nec priorem penitus excluferint. v.
HALTAUſ, in gloſſ, et WAĘTER. voce: *warten* qui posterior, hoc
verbum a ſimpliciori: *wahren* s. *waren* interpolato: t oriri cenſet.

In-

cet atque commendante eam ipso allegato articulo,
ope particulae: *Dann.* Itaque, quamuis alioquin quam
maxi-

Indicat igitur: curare ut alteri res sit salua, imo possessio,
post finitum usum. Magni enim momenti veteris germanis erat
possessio vera atque corporalis, quo spectant vetera vocabula:
Wihre, Warcap cet. patrio iure: *Gewebr.* Cuius rei exemplum
sistit art. 5. 6. lib. 3. tit. 4. iur. lub. Quotuplex autem, quam-
que varia vocis, que est: *Hand* iure germanico sit potestas,
inter omnes, eodem non nisi paulisper imbutos, satis superque
constat. Quid, quod vulgari usu dicendi hoc verbum saepissime
quoque occurrat? Frequentissimus autem eiusdem iure nostro is-
venit usus, quo *Synecdoches* figura, seu *Protopopoeia* quadam lo-
quamus, quem parti hominis totius seu *iphus* hominis significatio-
nem subiiciamus. Sic notae sunt locutiones: *von Hand zu Hand,*
an die rechte Hand, todie Hand, treue Hand, lezte Hand cet. quibus
infunt eiusmodi figurae rhetoricae. In modo ali. art. I. legitimus:
„*es sey welcher Hand es wolle.*“ i. e. cuiuscumque homini s' possessori.
Qua propter *Hand muss Hand warden* significat: accipiens tradenti
rem saluam praestare debet, vel, tradenti nullum negotium est,
nisi cum accipiente; adeoque duas sistit personas, arcissimò iuris
et obligationis personalis nexu coniunctas. — In antiquo Iuris
Lubecensis Codice de A. 1240. qui exstat apud WESTPHALEN
anonim. ined. tom. 3. p. 638. eadē dispositio occurrit in art.
CXLIV.

Verum in hoc articulo paroemiam nostram expressam non
innenimus. Tradit tamen eam Statutum Verdense. 57.

*So welk Mann dem andern lenet syn Perz offte Klede, offte wel-
ker Hande Gut idt sy, und tho welker Wize be dat utb
finen*

maxime sit caendum, ne proverbio, seu paroemiae cui-dam, auctoritate legali destituta, vim legalem concedamus z), haec tamen omnino inuiolabilis, adeoque sancta iuris Lubecensis est norma, quam si allegamus, ipsam habemus, vt aiunt, fundatam intentionem. Jam vero, hisce praemissis, nunc quoque disquirendum est, quidnam circa eius usum sit statuendum, ad quosnam pertineat contractus, quinam vero excludantur; quaenam deinde hic obseruanda veniant cautiones? Quarum rerum iam nunc sequatur quaedam consideratio.

§. XVII.

Ad solum commodatum minime pertinet.

Titulum si inspicimus, sub quo continetur thesis nostra, *de commodato inscriptum eum deprehendimus*; nec minus in ipsis art. *de re commodata et de commodatario* fit

finen Werden lebt mit finen Willen, verkofft, verfetter, verflept oder verbringer idt degenne, deme id gelenet is, offte wert idt obme gestalen oder affgerovet, degenne, de idt ersten vorlenet oder verfetter hefft, de waret finen Man, deme he idt gedaem hefft, flürve be och, sine Erven scholden obme dartho anworden. Haec verba cum iure prou. fax. et hamb. penitus fere congruunt. Verba: „*gestalen oder affgerovet*“ in nostris articulis non occurruunt. Conf. quoque Statut. Stad. p. 6. art. 18.

z) v. KIND. de iurispr. germanor. paroemica, eiusque cauto usu.
Lipf. 1776.

E

fit mentio. Ex quo, ne colligat, ad solum commodatum eandem esse referendam, vix cauere quis potest. Qui, in quanto versaretur errore, ex sequentibus spero, fore perspicuum. Etenim a primis iuris Lubecensis conditoris nullo sub titulo speciali insertam nostram dispositiōnem legimus. (v. not. y. ad §. praec.) A reuisoribus autem, tum, quia ius antiquum saxonicum ducem sectabantur, tum, quia commodati contractus, et si in iuris nostri corpore secundo loco post mutuum adductus, primus tamen, qui eandem paroēmiam reciperet, erat; tum quoniam non admodum diligenter rerum ac materiarum ordinem curabant, ut ipso in praeſatione monent, erroresque, exinde forte oriundos, remouere student; sub hoc speciali rubro haec eadem theſis prolata est a). Praeterea quoque eiusdem rationi, in prioribus iamiam allatae, parum est conſentaneum, quo magis in solo commo- datio locum ſibi vindicet, quoniam, ſi ad alios nullos contractus eſſet referenda, haec ratio eluderetur ſaepiſſime, totaque haec iuris nostri dispositio admodum eſſet particularis. Ut ne vero Saxones antiqui conuentionibus, ad

quas

a) v. praefat. iur. lub. reuifi, ſub finem: *Es wolle ſich auch niemand irren laſſen, ob bismarck bey den Titulis affinis vel cognata materia geſetzt worden iſt, die ſich nicht eben zu der Rubrica reimen, ſo bat man es doch für diſmabl, weil von den Benachbarten zur Edition eilend zu ſchreiben, embſig angehalten, nicht anders machen können, wie dann dergleichen auch bey den Digestis und Codice bismarck zu finden iſt.*

quas pertinet, omnibus praemitterent hanc regulam, impeditum eorum rudicitas, methodique omnis ignorantia. Nostri autem sese accommodarunt prisco huic iuri, cui fortasse ideo quoque sub illo speciali rubro est inserta, quoniam commodati contractus inter Saxones erat frequenter, iisque applicandae regulae illius potissimum praebebat ansam. Itaque, ut cognoscamus, necesse est, ad quasnam debeat referri conuentiones; qua ex disquisitione manifestum erit, eiusdem ambitum ita late patere, ut minime possit ad unicum commodatum restringi.

§. XVIII.

De vocis, quae est: vertrauen interpretatione, rite insituenda.

Per legentibus autem nobis duos modo allegatos articulos, facilime appareat, distinguendum esse hoc loco tradentem inter et accipientem. Plures enim adducuntur contractus, quorum ope rem acceptam possit alienare accipiens; ratione vero tradentis non ita. Cuius posterioris intuitu nostra potissimum interest, scire, quoniam, rem ut alteri tradat, modo, requiratur (§. XIII.); quem, de accipiente quaesiti, hunc quavis ratione rem alienare posse, secundum ipsa legis verba, statim respondeamus. Et vero in primo duorum articulorum, nisi commodati contractus, nullius alterius ratione domini fit mentio; in secundo vero legitimus verba, iuxta se posita: *ausleihen und vertrauen*. Quodsi in prioris verbi pote-

statem, secundum legum germanicarum dicendi usum, inquiramus, rerum mobilium locationem conductionem videtur quoque sub se continere b). Sed, quoniam in art. 1. c) commodantis et commodatarii sola ratio habetur, recte ex eo colligimus, ultra commodatum hanc vocem extendi minime posse. Verbi autem, quod est: *vertrauen*, multo latius patet interpretatio; quae, quem in modum sit dirigenda, ita, ut rite, legibusque conformiter fiat, meum est, ut iam exponam. Priusquam vero ipsam huius rei agrediar tractationem, lubenter consiteor, me in tanta hoc loco obuia opinionum varietate, quaenam sequerer casta, valde dubitasse. Romano enim iure penitus imbuti Icti contra omnes statutorum dispositiones, quae derogant illi, videntur esse infestissimi. Quos, si duces sequemur, regulam nostram non nisi in contractu commodati, aut, ubi potestatem quandam circa rem nanciscitur accipiens d), aut in foro tantum mercatorum e) cet.

obti-

b) v. I. P. Alem, apud SENKEEERG, Corp. iur. german., tom. 2., pag. 296. et 297.

c) Liceat mihi, duos ad §. XVI. descriptos articulos, in sequentibus κατ' εξοχην hoc modo allegare.

d) MEUIUS, ad art. 2. n. 19. fqq.

e) MARQUARDUS, in iure mercator. lib. 2., cap. 8., n. 15. et WILLENBERG, de abusu canonis: *Hand muss Hand wahren*, thesi 6. Ne quidem opus est, ut multis refellamus hanc opinionem, quam nil iniustius, mil magis absconum statui possit.

obtinere, contendeleremus. Ac vero hic omnino oritur magni momenti et grauis quaestio, scilicet ea: num ius romanum pro communi in republica nostra ita sit habendum, vt hac ipsa ex causa strictissime sint interpretanda statuta, adeoque illud quamque regulam, haec vero exceptiones contineant? Quae quidem quaestio, quamvis, vt altius discutiatur, huic non sit loci, delibetur tamen breuissimis. Meum, si ad eas, affirmatam eandem inuenies f); quocum conspirant permulti alii Doctores, contemporanei imprimis, autumantes: statutorum semper eam capiendam esse interpretationem, quae iuri communis romano minime derogaret. Quorum auctoritate seducti, si ad definiendum paroemiae nostrae ambitum accedimus, verbum illud: *vertrauen* ad paucissimos restringimus casus, quo magis, ne iuris romani laedamus sanctitatem, utique caueamus. Sed absit, ita nos capiat coecus romani iuris amor, vt patrium ad illud contorqueamus, atque in hoc interpretando anxie semper solliciti simus, ne illi derogemus! Priusquam ipsum hoc extraneum ius per exprellam legem in germania fuerit introductum g), Lubecae leges iam erant conditae. Accep-

E 5 perat

f) MEURUS, ad I. h. lib. 2. tit. 2. art. 1. n. 80. lib. 4. tit. 1. art. 3. et alibi passim.

g) Id quod primum auctore Maximiliano imp. a. 1495 factum; neque minus in O. N. de 1512, postea vero in OO, CC, repetitum.

perat iura ab Henrico Leone; confirmauerant eadem Friderici imperatores, ciuitatemque, tanquam liberam, imperio accersuerant; ad lucem prodierant, in uno codice complexa, eiusdem statuta, plena cum potestate legislatoria condita *h).* Juris Lubecensis autem revisores, romana iura quamvis cognoverint, atque, circa ordinandam illius antea quodammodo indigestam molem, ad haec quomodoconque respexerint, plane tamen diuersum quid, per se firmo tali constans, neque his subordinatum, ediderunt; imo obstricti erant ad iuris patrii non mutationem, sed revisionem. Quibus ita comparatis, luce clarus patet, nec potuisse, nec voluisse iuris romani rationem habere statutorum nostrorum tam conditores, quam revisores; adeoque ius Lubecense fontem esse peculiarem, ex quo unico, in interpretandis eius thesibus, hauriamus; parum solliciti, virum derogetur iuri romano, an vero minus? Ceterum, subsidiorum in inter-

b) Primus iam prodidit a. 1255, iur. Lub. Codex; extans apud WESTPHALEN. I. C. — Ius vero romanum tum temporis nullum adduc in foris nostris usum praebuisse, testatur Vir illustris atque de rep. tam literaria, quam patria, meritissimus Io. Car. Henr. DREYER, in der Einleit, in die Lübeck. Verordnungen, pag. 228. — Annis 1583 - 1586. reuism est ius Lub. Quo quidem tempore ius rom. Lubecae omnino penitus erat cognitum, quoad theoreticum aequum, ac practicum usum; verumtamen ipsa statutorum editione Lubecenses, seu iure rom. abhorrens quid statuere velle, declararunt,

terpretatione loco sunt: ius germanicum, veteres statutorum Codices, vicinae ciuitatis statuta cet. i), non vero Quiritium illae a nostris remotissimae leges. Juri igitur ipsi Lubecensi iuris communis nomen recte competit in iis locis, vbi receptum est. Ibi enim hoc ipsum est ius commune; romanum vero subsidiarium, in iis casibus applicandum, quos expressos desideramus in patrio legum corpore k). Cur igitur eiusmodi statuta, prae ceteris legibus, sint strictissime interpretanda, nescio. *Ad rationem* enim eorundem, tanquam ad vniuersalem atque locupletem interpretationis fontem, imprimis est respiciendum. Ex qua, quid secundum hermeneuticae artis regulas colligi queat, quid ex vera iuris analogia deduci, necesse est, praecipue attendamus; quo magis statutariorum leges vel restringamus, vel potius extendamus, ad casus obuenientes l).

Iam

i) v. MEUUM, ad J. L. Quaest. proelium, 10.

k) Quid, quod ipse MEUUS, l. c. Quaest. 7. n. 30. Iuris communis nomine insignet ius lubecense? Ex quo patet, eum sibi contradicere, quoties ex altera parte ius romanum quoque commune appellat. Est commune, verum sensu *geographica*, non quidem eo, quo ius lub. in nostra ciuitate sic denominandum esse, contendimus.

l) Conf. ad huncce spum Viri Magnifici, Reip. patriae Consulis meritissimi Herm. Diet. KROHN, Triga exercitationum ad ius lub. pag. 15. 88.

Iam vero, ut reuertantus, vnde egressi sumus; hac nunc imbuti sententia, accedamus, quaelo, ad interpretandam vocem nostram, quae est: *vertrauen*; verae legislationis nunquam immemores. Quodsi iuris romani et germanici insignem in eo differentiam consideramus, quod illud iuri reali, hoc autem iuri personali, tantam tribuat auctoritatem, facillime perspicimus, romanos ac germanos, tanquam diuersas gentes, plane discreta via in hac re incessisse. Duplici enim modo lex ferri poterat; quemadmodum ex ante dictis patet. (§. XV). Modum, quo *fidei*, inter duos contrahentes interuenienti, maior, quam dominio, conciliatur sanctitas, praetulerunt germani, quippe quod respondebat eorum ingenio. (*Nationalcharakter*). Ideoque duo iam habes instituta, inter se plane distincta, quorum vtrumque ex peculiari suo fonte petit interpretationem. Quare patrium ius, quod illa, iam proleta, pronunciamus paroemia, iure germanico, et artis hermeneuticae regulis, solis ducibus, veniat explicandum.

§. XVIII.

De genuino dictae vocis significatu.

Vocem: *vertrauen* ad omnes conuentiones extendendam esse, vbi re tradita fides habetur, ipse affirmat MEUUS. ad art. 2. no. 12. Nihilominus tamen in sequentibus, non nisi ad tales contractus, quibus potestatem quandam nanciscitur accipiens, seu, qui accipientis causa im-

primis inveniuntur, regulam nostram pertinere, contendit m), eumque STRAIN, P. 5. p. 118, aliosque auctores sequutos esse, cernimus. Quoniam vero iure sensum tam particularem tribuant huic verbo hi auctores? Cur quae-
so separant varias conuentiones? Lege enim non distin-
guente, nec Iurisconsulti est distinguere. Et vero gene-
rali nomine eadem voce vtitur articulus noster; ideoque
omnes complectuntur contractus, ad quos pertinet dictum
verbum; nec vlli excipiuntur, nisi, quos exceptos esse,
in aliis articulis expresse legimus. Memorati vero aucto-
res ea ad interpretandum accedunt sententia: statutarias
leges esse strictissime explicandas. (§. praec.) n). Nonne
vero

m) En Meuui ipsa verba, n. 19, prolati: „Primo igitur, ait, quum omnia iura in praecedenti et hoc articulo, vt et art. 9. tit. 4. lib. de tali translatione, in alium facta, loquantur, vnde accipiens aliquid iuris cet, inde colligo “ cet. Quomodo vero res ita confundere potuerit tantus ICtus, penitus ignoro. Ast enim, quae nam, quae, sunt illa iura, quae allata esse in art. 1. et 2. nec non art. 9. tit. 4. lib. 3. ille iudicat? Evidem, nisi ea, quae pronunciantur verbis: ausleben und vertrauen, nulla deprehendo. Optime quidem scio, multarum conuentioneerum in tribus his articulis fieri mentionem; sed earum folummodo, quas cum tertio iniuit accipiens. De his vero plane non attinet disqui-
rere, quoniam de eo, quid tradentem inter et accipientem iuris sit,
quaeritur. Fragile igitur est quam maxime hoc Meuui argumen-
tum, atque ad ea, quae incuria fudit, omnino referendum.

n) Corrumperem quasi nos studeat iuris romani auctoritate MEGIUS.

vero secundum rationem? Verum extensiua minime, sed declaratiua tantum, vtimur hoc loco interpretatione; ideoque verba, prout iacent, accipimus. Omnis enim res eoredit, quemnam iure germanico et lubecensi voci: *vertrauen* sensum attribuamus? Quem, si eruerimus, adeoque casus omnes, qui complectuntur hoc verbo, sciamus, nil amplius restat, nisi, quod exceptiones quoque enumeremus, in diuersis iuris nostri articulis contentas; quo facto, ad quos casus regula nostra referri, ad quos vero non debeat, in aprico est positum. Quam latissime autem pateré saepe memoratae vocis vim ac potestatem, nemo, qui ad ipsam conuentionum naturam, et ad dicendi usum, paululum respexerit, facile negabit. Quodsi enim contrahentium unus suis satisfecerit partibus, vel, vt in contractibus realibus, re iniuerit conuentio-
nem: sperat omnino, fore, vt alter obligationem suam quoque adimpleat. Sic venditor, locator, commodans deponens, oppignorans, dans, vt alius faciat, siue dans, vt alius det, tradunt rem accipienti eum in finem, vt hic conuenta ex sua parte quoque praefestet. Quare sine omni dubio *confidunt* illi. Id quod multo magis dicendum est, si quis, vt eius negotia curet, alteri rem tradidit; e.g. in mandato, locat. cond. operarum cet. Quibus omnibus in casibus fidem contrahentium unus alteri habuit; adeoque verbo illo: *vertrauen* vti possumus. Ex hoc vero

L. c. n. 13. dum, „Considerato autem, ait, quam hoc axioma contrarietur iuri communi“ cet.

efficimus: dominum, rem qui retento dominio, alteri tradidit, (hoc enim, si non retinuerit, de rei vindicatione saltim non quaeritur) rei vindicationem contra tertium instituere non valere, quoties rem alienauit accipiens, exceptis tamen iis casibns, quos evpresse remouent statuta. Rem enim restituendam, qualem semper hoc loco supponimus, nemo alteri tradit, sine fide, eidem habita; quo euento, paroemiarum, supra adductarum, egregius venit vſus, sicuti ex modo dictis apparet. Insipidi quid omnino statuissent Lubecenses, si in altera conuenctionum specie admisissent eas, ex altera proscripterint, sine iusta et expressa causa o). Verum hoc Commentato-

F 2

res

o) Ius hamburgense nostro in hac eadem dispositione quedammodo clarissi sonat art. 7. lib. 2. art. 2. „und auf wässerley Weise er das (Gut) aus seinen Webren läßet mit seinem Willen.“ Quare vicina haecce statuta regulae nostrae rationi egregie conuenire puto. Attamen; quamvis eorundem verba sonent paulo generaliora; nihil minus eundem fere sensum praebet nostrum: vertrauen. Etenim, nemo profecto rem e custodia sua dimitit cum consenuit, nisi alteri euidam confidat; et vice versa. — Hoc vero sensu ampliori accipiendo esse saepe dictam vocem, vel testatur art. 9. lib. 3. tit. 4. iur. lub. iuri hamburgensi proprius accedens: Besitzt jemand ein Gut, es sey ihm geschenkt, verpfändet oder verkauft, so kan er das auf seinen Eyd wider alle Ansprache wohl behalten, es wäre dann gestohlen oder geraubt Gut. „auf seinen Eyd“ i. e. bonam fidem probare debet. Hoc igitur articulo res tantum furtiva pronon vindicanda declaratur. Quare, quoniam alio modo per consenſum e domini custodia res ad tertium peruenierit, hoc non curat

hic

res iisdem affinxerunt, ex iuris romani importuno amore; neque ad statutorum respexerunt rationem. Haec enim in mercaturaे fauore, quum potissimum ponetur, fides omnino in omnibus erat feruanda, nec minus tertius possessor securus reddendus *). Quanam igitur ex causa, sine graui et expressa ratione, varios remonif- sent contractus, vbi paciscentium tamen interuenit fides, equidem nescio. Quae omnia in sequentibus, quibus ad singulas prouehimur conuentiones, magis magisque elucebunt. Priusquam vero eo vsque procedamus, separandus est quidam casus ab hac tractatione, quem sta- tim in medium proferam.

§. XX.

Res, cuius possessione, ipso inuito, cadit accipiens, vindicatur a tradente.

Accipiens enim possessionis rei sibi traditae expri- fieri potest, vel consensu suo, vel citra consensum. Hoc vero

hic art. Eiusmodi rem potest possessor: wider alle Anprache wobl bebalten. Hoc igitur vero et primitivo sensu ac rationi huius dispositionis egregie conuenit. Verba iuris hamburgensis gene- raliora esse videntur; sed nostrum: vertrauen nihil aliud est, nisi per consensum traditum.

*) Leges omnes, quibus mercaturaे consuluerunt nostros, egre- gie collegit, atque digessit: Vir consultissimus GÜTSCHOW. Diff. studia Lubecenium promouendi commercia, Goett. 1788.

vero posterius euénit vel ita, vt rem casu amittat, vel, vt vi furtoue ei auferatur. In vtroque casu R. V. contra qnemuis, etiam bonae fidei, posseſſoreim, citra notas sex exceptiones (§. XLII.) est integra. Consentiente enim comodatario, vel quolibet alio, qui causam habet a domino, res vt ad tertium peruererit, opus est, quoniam art. 2. expreſſe disponit: „von dem, welchem das ausgeliehene Gut per Contractum gebracht.“ p). Accedit, quod in art. 1. tantummodo de comodatario, alienante quoque modo, sit sermo; neque minus, quod idem pateat ex art. 9. ad §. praec. all. vbi variae conuentiones, quarum ope rem acceperit tertius posſessor, adducuntur; res furtuae excluduntur. Haec omnia vero nec a re, casu amissa, sunt aliena.

§. XXI.

De conuentionebus dominii translatiis.

Quodſi igitur consensu rem ſibi traditam alienauerit accipiens, iam oritur quaefatio, cuiusmodi contractus fit

p) En insignem hoc loco iuris lub. et hamb. differentiam! Poſſeſſius enim, rem quoque furtuam a b. f. poſſeffore vindicari non poſſe, ſtatuit, quoties cum conſenſu rem alteri tradidit dominus, illi vero res auferetur. Id quod ex verbis „abgeraubet oder abgeſtolen“ in art ad §. XVIII. not. c) all. occurrentibas fatis clare appetet, Egregie ad totum articulum commentatus eis RUMPF in Diff. ad §. XVI. not. y) cit. huic vero pertinet: §. 33.

fit initus inter hunc et illum? Iuuabit ideo, singulis conuentionibus nunc immorari, quo magis, quenam in iis praebeat vsum paroemia nostra, perspiciamus. Me autem in discutienda hacce quaestione ad solam theoriam respicere posse, non est, quod multis moneam; quum de *praxi* me quaeſitum, imperitia mea et harum rerum ignorantia excusat.

Respcientibus igitur nobis ad variorum contractuum genera, statim obvia est inter dominii translatiuos et non translatiuos distinctio; tum eo nomine afferenda, quoniam vtriusque generis conuentiones valde differunt; tum, quia diuersa quoque iura in diuersis illis locum habent; tum denique, quoniam permulti hanc distinctiōnem potissimum curasse videntur; ita, vt prioris generis penitus excluderint, posterioris vero tantum admiserint contractus q). Conuentionum vero dominii translatiuarum aliae quantitatis, aliae *speciei* dominium transferunt. Priori casu nulla cogitari potest R. V.; ad posteriorem vero referre debemus emtionem venditionem et contractus innominatos: do vt facias et do vt des. In his autem ex parte tradentis omnis exſulat R. V. quoniam accipiens ipsa facta traditione fit dominus, nec tradenti poenitere

q) v. STEIN, Ob und in wie weit derjenige, so einem andern sein Gut ex contractu dominii non translatio hingezah, wenn derselbe es veräussert, solches von dem dritten Mann vindiciren könne. In dgl. Bezrchr. einz. Rechtsmater. Tb. II. n. V.

nitere licet iure germanico, verum sola ad implementum actio est integra.

Quidnam vero circa emtionem venditionem iustum erit? Ad quam, quod attinet, distinguendum est, utrum re tradita fidem de pretio habuerit emtori venditor, an minus? Quo priore casu dominium ad emtorem statim transire, posteriori vero penes venditorem remanere, ex iure romano, cui hoc loco apud nos quoque standum est, satis habemus cognitum ^{r).} Quodsi igitur, pretium, ut statim solueretur, conuentum fuerit (id quod tacite quoque potest fieri, quem fides de eodem habita non praesumatur) atque ita rem tradiderit venditor; emtor vero, pretio nondum soluto, eandem alienauerit: iure quidem romano rem a quocunque vindicat venditor; patrio non item. Etenim, quid obstat, quo minus hoc statuamus? — Num, quod emtor quasi furtum committat? Sed tale admitteret etiam commodatarius certe, neque furti usus et interuersonis ullam rationem habent statuta nostra. Num, quod praxis contrarietur? Hanc iam non curio, sed legi inhaereo. Vox enim: *vertrauen hunc quoque complectitur casum*, ut mihi videtur. Nonne confidit emtori venditor, dum rem ei tradit, priusquam pretium acceperit? Nonne hic adest inter tradentem et accipientem eiusmodi nexus obligationis personalis, qui fidem p[ro]ae se ferat,
ad eo-

^{r)} §. 41, I, de rem diu,

adeoque excludat rei vindicationem? ^{s)}) Accedit, quod secundum expressum iuris nostri textum, verbum: *vertrauen* occasione emtionis venditionis, respectu ad venditorem habito, usurpetur ^{t).} Putarem igitur, emtionem venditionem, dictis sub conditionibus, minime exclude-re paroemias nostras, supra prolatas ^{v).}

Iam vero multo latius patet contractuum dominii non translatiiorum consideratio. In his enim, quamvis rei vindicationis iure romano latissimus campus sit, nostro tamen angustissimus; ita, vt, nisi expresse exceptas, ceteras omnes eiusmodi conuentiones hoc iure vti statuamus. (§. XVIII.) Commodatum autem primum hic locum

^{s)} In foro hamburgensi ita sine omni dubio deciditur, quum tam generaliter statutorum verba sint concepta. Nonne vero vicinorum statutorum ratio nostris quoque conuenit?

^{t)} v, art. vn, lib. 3, tit. 10. *Wil jemand einem Fremden sein Gut nicht verkaufen, und ein ander sieht dabe und sagt: Ihr möget es ihm wol vertrauen, die Bezahlung wird euch wol cet.*

^{v)} v, WERNHERI. Observationem: Principium iuris Lubecensis: *Händ muß Hand wahren ad contractus dominii translatios haud pertinet.* Part. III, obs. 235. Wittenbergenses ius romanum et alios autores, vt ita dicam, romanizantes, sunt senti in hac decisione. Quum enim casus ibi adductus Hamburgi accideret, secundum huius ciuitatis statuta, de axiomatico non ita erat sentiendum,

cum occupat; nec villa circa hunc contractum mouetur controuersia x). Circa reliquos vero contractus multae tractatu dignae quaestiones in medium sunt proferendae; ad quas nunc progrediamur, atque, quum fere perinde sit, a pignore incipiamus.

§. XXII.

Varii contractus adducuntur: 1) *Pignus.*

Potestne igitur rem oppignoratam, a creditore alienatam, a quoconque vindicare debitor? Notandum est autem, ad eum casum nos hoc loco non respicere, si rem suam ad alia loca transferendi, vel mutandi, vel quoque modo disponendi circa eam, potestatem fecerit creditoris suo debitor. Quo facto, per expressum iuris nostri textum, huic denegatur relutio pignoris; adeoque multo magis vel rei vindicatio y). Vbi vero tale quid non concessit creditori debitor, dissentient iuris nostri commentatores, sive integra huic pignoris alienati vindicatio, nec ne? Priorem sententiam fouet MEIUS. ad art. 2. no. 15. posteriorem STEIN. P. 3. p. 120. 183. atque hic quidem ea de causa, quoniam iure lib. pignus pignori dare, expresse interdictum est creditori. Etenim in art. 10. lib. 3.

tit.

x) *Pecarium* sine dubio eodem iure vitetur.

y) p. art. 4. lib. 3. tit. 4. — Verstirret aber derjenige, welcher die Wiederlösung hat, daß das verseizte Gut an andere Orter gebracht, oder sonstwo verwandelt, oder verändert werden möge, so höret die Wiederlösung auf.

G

tit. 4. legimus haec verba: *Es mag auch niemand sein Pfand andern verfetzen noch verpfänden, bey Straffe der Gerichte.* Verum enim vero, quoniam pacto ex hac dispositione potest effici, paroemiam nostram in pignore exsulare? Namque, *an sit licitum, pignus pignori dare, iam non quaeritur.* Quod poenam luat creditor pigneratius, ad nos nihil attinet; quum hanc ob causam alienatio non sit inualida. Accedit, quod prolatus articulus non nisi de pignoris oppignoratione loquatur; nos autem de omni alienatione differamus. Nullo igitur huius auctoris sententia solidio innititur arguento; nec obstat quicquam, quo minus verbum: *vertrauen in contractu pigneratatio vim suam exserat;* quoniam debitor reuera confidit creditori, dum pignus eidem tradit. *Fidem vero suam, ubi quis reliquit, ibidem repetito;* ideoque, *vt actione pigneratitia directa creditem conueniat debitor, rei vindicatione vero contra tertium instituta, causa cadat, necesse est z).* Nec quidquam iuuat eum, si vel clausula constituti possessorii contractui fuerit adiecta; quo magis saluam haberet pignoris aduersus quemque persecutionem; quum etiam hoc in casu fidem creditoris fecutus sit.

§. XXIII.

2) *Depositum.*

Quid iuris sit circa depositum, videamus. Statutorum nostrorum duos commentatores, si euolueris, apud ME-

z) addet: AYRER. Progr. de commodati et pignoris secundum iura statutaria comparatione. in opusc. n. in. p. 135.

MEUUM. ad art. 2. no. 21. apud STEIN. antem. P. 3. p. 118. 123. 125. et alibi, negatam hanc quaestionem deprehendes. Quasnam vero adducunt hi auctores sententiae rationes? Eam potissimum: in eiusmodi tantum conventionibus, vnde iuris et potestatis aliquid nancisceretur accipiens, ita ut rei translatio *huius* causa imprimis facta videretur, regulae nostrae locum esse. Depositum vero, quum deponentis causa maxime iniaretur, nec ullum ius circa illud adipisceretur depositarius, hunc quoque, alienata re deposita, domini ius vindicandi excludere, non valere. Quod argumentum me §. XVIII. iamiam refutasse, spero; quare eidem hoc loco supersedeo. Alia tamen, ad sufficiendam opinionem, insuper addit Meuius; me quidem iudice, nec maioris momenti. „Custodiae enim, ait, alterius commissum perinde est, ac si detineat depo-
nens.“ Minime gentium! non est idem! statim vero ad-
dit, depositarium alienantem furtum committere, nec ad
rem furtiuam nostrum canonem extendi. Egregie! hy-
pothesis quidem, si vera est: idem esse, ac si rem depo-
sitam detinuerit deponens. Sed absit, hoc statuamus;
nec opus est, ut in refutatione simus longi. Considit enim depositario, suamque rem custodiendam huic tradit
deponens; ita, ut prior rei depositae fiat possessor natura-
lis a). Quapropter verum furtum committere nequit;
sed potius furtum usus, interuersiōnē, perfidiam; adeo-

G 2

que

a) In art. I. lib. 3. tit. 3. verbum: *vertrauen* idem est, ac depo-
nere.

que rebus furtiis perperam accensetur res deposita alienata. Quam vero admittit perfidiam, eam commodatum, pignus, aliaeque conuentiones quoque recipiunt; neque ex eo, quod in art. 12. lib. 3. tit. 1. „treue Hand, welche durch Untreue verrücket ist“ occurrat, perfidiam et furtum iure lubeant non differre, sicuti MEUIUS l. c. no. 27. contendere studet, efficitur b). STEIN. l. c. adducit art. vlt. tit. 3. lib. 3. ex quo transfert ea, quae ibidem de Locatione conductione disponuntur, ad depositum. Verum alia est ratio prioris, longe alia posterioris conuen-

tio-

b) *Treue Hand* et *depositum* minime sunt synonyma. Significatus longe amplioris esse priorem vocem, testatur ill. Dreyer. von der treuen Hand. In d. Samml. verm. Abhandl. P. 2. n. 2. Ex genuino enim sensu statutorum, adest *treue Hand*: vbi ab altero, cui res quaedam est tradita, aliquid reddi, vel fieri stipulamus. Quare cum verbo *vertrauen* pari passu ambulare hanc vocem, putarem. Adebat Sentent. Senatus Lub. d. 15. Mai. 1675. In Sachen Paul Borchers wider Hans Schmidt: Daß, da Paul Borchers seinen, Claus Tücken Hausfrauen geliebenen, und von derselben an Hans Schmidt versetzten Becher, wieder haben will, Er Hans Schmidt die an Claus Tücken habende Forderung völlig bezahlen müsse. In rationibus decidendi n. 5. adducitur: Weil er es iure lub. auch dagegen diese Wohlthat hat, daß, wenn dieser Becher contra bonam fidem wäre verfezt, oder gar von Abhänden wäre gebracht worden, er, Borchers, post dotem mulieris, privilegium ante omnes creditores in bonis des Claus Tücke haben würde. In commodato igitur etiam venit: *treue Hand*; ad quod eandem quoque refert ill. DREYER. l. c. — Ex quibus omnibus apparet, illud Meuii argumentum inane admodum esse.

tionis. (v. §. XXV.) Depositum igitur sine omni dubio eodem iure, quo reliqui contractus prolati, censerri debet; sed quidnam de eiusdem speciebus dicamus? Sunt, qui putent, in deposito miserabili personae fiduciam non esse electam, quum in periculo, bonis imminente, res cui-libet, primo obuiam facto, obtruderetur c). Sed tamen confidit talem rem deponens depositario; imo omni industria amicum, apud quem deponat, saepenumero eligit; quare, quod depositum sit miserabile, generali nostra thesi non derogat. — In deposito vero irregulari dominium ad depositarium transire, dicendum est; quapropter a tota nostra tractatione est alienum. Rem enim, cuius usum concessit depositario deponens, pro deposita non amplius habetur, sed in mutuum abit; p. art. 2. lib. 3. tit. 5. in fin. verbis: „so ist das keine treue Hand, sondern muss gemahnet werden, als gemeine Schuld.“

Deponens igitur contra depositarium actione depositi debet experiri; contra tertium vero rei vindicationem non habet saluam. Quodsi autem forte soluendo non esset depositarius, statuta nostra concedunt deponenti locum, in concursu, post dotem mulieris, p. art. 12. lib. 3. tit. 1. et art. 2. lib. 3. tit. 3. d).

G. 3

§. XXIII.

c) Hanc sententiam quoque fouet: RUMPF. in Diff. cit.

d) v. Viri Magnifici HERM. GEO. BÜNEKAU. Reip. patriae Consulis primarii meritissimi, Biblioth. iur. lub. Tit. de commodato, Spec. III., pag. 136. Ad quaestionem Sophiae, Comitiiae Lip- pien-

§. XXIIIL

3) *Mandatum.*

Secundum saepe prolatum iuris patrii canonem, negandum est, et pernegandum: res, mandatario, intuitu mandati, traditas, ab hoc vero alienatas, a mandante posse vindicari. Verumtamen, si forte non liceret, hoc idem ex art. 1 et 2. ducere; alius tamen non deest expressus textus, scilicet art. 20. lib. 5. tit. 6. e). Verba: über See und Sand exempli tantum causa adiecta sunt, quoniam in ciuitate maritima nil saepius enenit, nisi quod res vendendae trans mare vehantur. Ex eo tamen nullo modo restringitur haec dispositio; verum ad omnes res concreditas est transferenda. Neque hoc in dubium vocant iuris lubecensis commentatores. Etenim, intuitu cuiuslibet tertii, res, mandatario traditae, considerandae sunt, tanquam suae; quamuis ad rationes mandanti reddendas omnino sit obligatus. In hac enim conuentione profecto quisquis eligit, cui confidat;

piensis, Senatus Lub. d. 18. Mart. 1647. rem depositam alienatam pro vindicanda declaravit. Quoniam iure nescio. Comitati forte erga Comitissam crimen est mouendum.

e) Gibt ein Bürger, oder Gaß, einem andern Bürger oder Gaß sein Gut mit zu nehmen, über See und Sand, jolche zu verkaufen, und damit sein Bestes zu wissen und zu schaffen, derjenige, welchem das Gut eingehabt, ist mächtig damit zu thun und zu lassen, gleich dem seinen: Dann wer ihm das seine vertrauer, muss ihm auch die Rechenschaft vertrauen,

fidat; quapropter in promptu est illud: *fidem ubi quis reliquit, ibidem repetito!* Omnia igitur mandati specierum eadem est ratio. Quodsi vero merces quaedam, pro operis praestandis, interuenierit, operarum habes locationem conductionem. Nec tamen, vt constat, honorarium quoddam mandati mutat naturam. — Ad rationem autem, quam adducit art. all. si respexeris, haec omnino multo latior est eo, ad quod comprobandum allegatur; quapropter eandem supra §. XV. generali nomine protuli.

§. XXV.

4) *Locatio conductio.*

Rerum immobilium locationi conductioni hoc loco supersedendum esse, non est, quod moneam; res vero mobiles, et operae conductae, iam sunt considerandae.

Ex ipsa vero huius conuentionis natura nihil tam singulare emasci videtur, quo eum in modum ab aliis differat, vt plane diuersum ins recipiat, respuatque canonem nostrum, alioquin fere generalem. Merces enim, ab uno contrahentium, vel pro rerum concessione, vel pro operis circa res traditas praestandis, promissa, tantam non efficit differentiam, vt, ex eo inter partes fidem remoueri, contenderemus. Quid, quod in loc. cond. operarum summa fiducia saepenumero requiratur? Verumtamen hoc non impedivit, quo minus nostriates hauc dicti contractus speciem alio iure voluerint censeri; quemadmodum

dum patet ex art. 17. lib. 5. tit. 8. f) quo, rem, opifici traditam, ab hoc alienatam, vindicandi, domino conceditur facultas. Egregie tamen huius dispositionis ratio alii cuidam axiomati, admodum generali, respondet, quod est de mala fide, acquisitionem vitante. In hac enim constituitur is, qui talem rem ab opifice accipit; quam scire, vel saltim praesumere potuerit, eandem esse alienam g). Ad omnes vero opifices pertinet hic articulus, nec tantummodo ad factorem; id quod ex verbis: oder etwas anders nec non: einem Handwerksmann satis appareat. Colhaeret quodammodo cum hoc articulo praecedens 15. quo facit: tali rei, opifici traditae, locatorem tabernacum arrestum non posse imponere, in securitatem summae,

f) Verding einer Kleider, oder etwas anders, einem Handwerksmann zu machen, und derselbige verkauft, oder versetzt das Zeug, welches er bearbeiten soll, so ist der neber dagey, welchem das Zeug gebüret zu bleiben, dann derjenige, dem es verkauft oder versetzt worden, und darf demjenigen, bey welchem er sein Zeug findet, nicht mehr als das Machtelohn, soviel er daran verdient, bezahlen.

g) Conf. W. V. WIESE. Samml. jurist. Abhandl. Rost. 1783. pag. 203. seqq. Qui distinctionem assert, utrum opifex ipse cum eiusmodi rebus mercaturam exerceat, an minus. Posteriore casu malam fidem ex parte teriti polessoris; ideoque articuli nostri dispositionem cessare, contendit. Verumtamen mala fides, a polessore adquisita, neutiquam vnicula videtur esse huius legis ratio; quum statutorum conditores ad id quoque sine dubio respergerint, quod opificis persona non semper eligi queat; ita, ut dominus extra culpam sit.

imae; ea maioris, quam constituit merces, operis praestitis ab opifice iamiam acquisita. Fauent enim leges ei, qui rem quandam elaborandam tradidit, quoniam persona opificis saepenumero eligi nequit. — Iam vero alia quoque datur locatio conductio operarum inter herum et ministrum, mercatorem et institorem, aut proxenetam, in qua, quid iustum sit, quaeritur. Et vero intuitu ministri, res domini alienantis, expressum habemus textum in art. 5. lib. 5. tit. 6. h) situm, quem breuissimis exponere studebo. Ex duabus autem periodis constat articulus noster; quarum in priore expresse domino datur facultas, a venditione, per ministrum facta, recedendi; nec minus in verbis, paulo post subsequentibus, de ministro, ad praefandam euictionem obligato, est fermo. Neque vero his immoror, quoniam hoc non apprime spectant, merito tamen exinde colligimus, dominum rem, dicto modo alienatam, vindicare omnino posse. Id quod in altera periodo confirmatum esse, cernimus; quum, inuadidi quid, ratione domini, ministrum peragere, vbi lufui vel pignori supponit domini non consentientis bona, his verbis fancitum sit. Et vero distinguendum esse vi-

de-

b) Verkaufft ein gemiebeter Knecht seines Herrn Gut, wil dem sein Herr den Kauf nicht halten, und der Knecht schweren würde, dass er solch gekauft Gut nicht gewehren könnte, wegen seines Herrn, so bleibt er ehn Anspruch und Schaden. Es kann auch kein Diener seines Herrn Gut verspielen, oder auch verfezzen, ohn des Herrn Wissen und Willen.

H

detur, utrum minister vendiderit rem, tanquam domini, an potius tanquam suam, cum animo totum lucrum sibi habendi. In posteriori casu adest furtum domesticum, adeoque res furtiva, in qua, quid iuris sit, iam habemus cognitum. Prius vero si contigerit, ipso iure minime nulla est eiusmodi alienatio, a ministro facta, quum nihil ob sit, quo minus sit valida, si quidem domini ratificatione eidem subsequatur. Adest quoque obligatio ex parte ministri contrahentis erga alterum, quoties dolo hunc decepit, ad interesse praestandum. Verum haec sufficient, ideoque in huius dispositionis nunc inquiramus rationem, quam in eo sitam esse, haud aegre intelligimus, quod iniurissimum foret, atque domesticae securitati valde repugnaret, si res, per ministram perperam alienatas, vindicare prohiberetur dominus; quum hic nequeat, quin illi de rebus suis quomodoconque faciat disponendi potestatem; ideoque quasi cogatur, res suas illi confidere; quarum tamen singularum non semper accedit traditio; sicuti sit in aliis contractibus. Nullius igitur culpae est reus, quam tamen in domino adesse volunt leges nostrae, quoties secundum canonem: *vbi fidem tuam reliquisti certi iudicari eum debere, iubent i).* E contra tertius postessor in mala fide saepenumero constitutus est, quoniam a ministro rem quandam accepit, quam ad domi-

i) Famulus res domini subtrahere, atque sub spe ratificationis, ex parte domini subsecuturae, alienare potest; ad quem casum quoque respexisse videtur art. all.

dominum pertinere, ex ipsa tradentis appetet conditione.

Vtrum vero hic articulus, secundum expressa verba, ad famulum domesticum s. feruum conductitum sit restringendus, an potius ad insitores s. factores mercatorum extendendus, quaeritur? Neganthoc posterius STEIN. P. 3. p. 222. et MEUIUS. a h. art. no. 14. 15. quoniam de ministro, seu famulo conducto sola fit mentio. Ratione vero insitorum et factorum non modo ex art. 20. lib. 3. tit. 6. ad §. praec. all. eiusque verbis: *Dann wer ihm das seine vertrauet, muss ihm auch die Rechenschaft vertrauen*, verum ex generalibus etiam illis, supra adductis, iuris nostri thesibus, diremto litis petenda est. Idem dicendum est de proxenetis, quibus mercatores res vendendas confidunt. Qui contractus omnes locutione: *treue Hand* haud aegre complectuntur.

De rebus mobilibus locatis conductis generalem nullam inuenies statutorum dispositionem; particularem tamen intuitu nauis tradit art. 2. lib. 6. tit. 4. k). Saltim de locat. cond. temporaria loquitur hic art. qua inita, nauis alienatio, ratione locatoris, est inualida. Hic enim eidem stare non tenetur; nec solam actionem personalem contra conductorem habet saluam; verum potius rei vindicatione repetit nauem locatam. Licetne vero, quae de hac rerum mobilium specie disponuntur, ad omnes alias quoque transferre? Diuersa omnino sunt admodum negotia marina a terrestribus; tamque singularia circa nauis sancta deprehendimus, vt harum plane alia, ac reliquarum rerum mobilium, ratio esse videatur. Exemplo sit totus tit. 4. all. Etenim mercatura, reique nauticae commodum sua propria postulat iura, ad quae sine

II 2

du-

k) *Heuret einer ein Schiff auf eine gewisse Zeit, der kan dasselige weder verpfänden, verkauffen, noch etwas anders damit thun, dass es kräftig sey n könnte;* — —

dubio quoque pertinet, quod narium mercatoribus omni tempore saluum sit dominium; quo magis earum ope merces alibi transiici, sibique a peregrinis onis adferri, curare possint. Quae quidem ratio, ex ipsa rei natura inde petita, non quadrat ad omnes alias res mobiles; nec in vlo iuris nostri articulo R. V. generali nomine locatori conceditur. Quibus ita comparatis, euidem, saluo meliori, affirmarem, eiusmodi articuli nostri extenuam interpretationem admitti non posse; ideoque, secundum strictum nostrum ius, rem locatam, praeter nauem, a conductore alienatam, a tertio possesso minime vindicari. Vterque enim iuris patrii canon ab hoc locatori potest opponi; quum locator conductoris fidem omnino sit fecutus. — Quid vero praxis, quid aequitas iubeat, plane alia est quaestio. Etenim durum videtur statuere, locatori personam, cui confidat, semper esse eligendam; quoniam, eiusmodi conductorem si forte non inuenerit, rem suam, tanquam inutilem, apud se retinere cogitur; nec lucrum exinde speratum capit. v. STEIN. P. 3. pag. 119. et 273. — Haec fere sunt, quae circa locationem conductiōnēm in medium proferenda haberem; quamvis supersint multa tractatu dignissima, intuitu huius contractus, nec a nostro sine aliena; quae tamen, pro spatii ratione, praetermittenda sunt m).

Iam vero ultimo loco reliquarum quoque conuenientium dominii non translatiuarum quaedam iniicienda est mentio; societatis scilicet, atque contractus aestimatorii

D) Ad res vero, quae ad nauem pertinent, nec non ad eas, in quibus eadem venit legis ratio, ac in nave; recte extendi articulum nostrum, non est, quod moneam.

M) Statuta Rostochiensia expresse laniunt, paroemiam nostram ad hos quatuor contractus doin. non transl. pertinere: Art. 4. Pt. 3. tit. 2. verb. „nicht allein bey dem Ausleben, sondern auch bey dem deponere, mandato, pignore und locatione“ cfr.

torii n). Socii autem, nisi communionem honorum universalem forte iniuerint, eodem, quo deponentes et mandantes, iure vtuntur; si quidem alter alterius custodiam suam demandauerit. In contractu vero aestimatorio generales iuris nostri theses, de re alteri confisa, sine dubio quoque veniunt; quapropter tradens, nisi actionem ex contractu, contra eum, cui res vendendas tradidit, instituendam, nullam aliam habet saluam.

§. XXVI.

Specialiora quedam proferuntur.

Habeo, quas adhuc subiiciam, nonnullas quaestiones; Etenim quaeritur:

1) An Domino *in subsidium* tamen concedenda sit R. V. si quidem actione personali, aduersus compacifcentem instituta, rem suam, vel eius aestimationem, ab hoc ipso, quoniam forsitan non est soluendo, nequeat reuocare? — Id quod iure negat MEUIUS. ad art. 2. no. 31. quoniam in art. 1. et 2. atque art. 9. lib. 3. tit. 4. generali nomine denegatur domino R. V. Neque minus ex eo contrarium luculentur appareat, quod, illud si statueremus, eluderetur saepissime regularum nostrarum prudentissima ratio, possessorum nempe contra quemque securitas. In compensationem vero damni, domino exinde atlati, quod a debitore, bonis celso, rei aestimationem excutere nequeat, post dotem mulieris locum in concursu ipsi concedunt leges art. 12. lib. 3. tit. 1. Hoc enim beneficium in eos conferunt statuta, qui in eiusmodi conventionibus, quas verbis: *treue Hand*, complectuntur, decepti sunt. Quae verba, quam prolixii sint significatus, supra ad §. XXIII, ostendere studui.

H 3

2) An

2) Secundum veriorem sententiam, in hac conuentione ad accipientem non transit dominum. conf. Viri Perill, Car, Fried, WALCH, Controversi, iur. ciu. pag. 409.

2) An *retorqueri* possit ius nostrum? quaeritur. Et projecto negandum est. Quodsi enim Lipsienses, qui apud se nostro iuris instituto non vtuntur, ex eo, quod secundum illud Lubecae iudicentur, Lipsiae contra Lubecenses vellent hoc idem retorquere: invalidi quid sine dubio conarentur. Etenim retorlio ubi locum sibi vindicat, ibi vt adsit ex parte eius, contra quem exercetur, ius iniquum, in peregrinos statutum, necesse est. Id vero non constituant notae illae paroemiae, quum etiam nostri ciues inter se, tanquam perpetuas normas, easdem obseruent, neque ideo in odium peregrinorum sint inuentae. Quapropter, quod ratione iporum ciuium aequum esse censetur, ratione peregrinorum iniuum esse, adeoque retorqueri posse, perperam statuitur o).

3) Quum mobilia ossibus inhaereant, regulaeque nostrae ad res mobiles tantum vim suam exferant: duo Lubecenses, in foro alieno degentes, secundum easdem quoque iudicari recte affirmatur. Ceterum quaevis conuentio sequitur leges eius fori, sub quo quidem inita est; neque ius possessoris ex statutorum nostrorum beneficio statutorum nostrorum beneficio quaeſitum, resoluti impoſterum potest. Quam ob causam in alieno foro R. V. non reuinuiscit p).

4) Quae de rei vindicatione disposita sunt, ea ad actionem in rem publicanam eo magis transferuntur, quum de infirmitate possessoris iure ex verbis art. 2. *solangen bleibt, der es gekauft, oder an sich gebracht, neher dabey cet, nullus sermo esse possit.* Sic quoque utilis R. V. ex aequitate quadam a legibus concessa, in iisdem casibus, quibus R. V. ipsa, exſulat.

§. XXVII.

o) conf. Riccius. von Stadtrecht. Sect. 19.

p) Conf. WIESE. I. c. pag. 218. fqq.

§. XXVII.

Quid? si ab eo res alteri sint traditae, qui invalidae circa easdem disponit?

Nullum in praecedentibus respectum ad *statum domini*, rem suam tradentis, habuimus; verum potius simpli-
citer statuimus, hunc contractus cum altero *valide* inire,
suasque res accipienti confidere posse. Ast autem, si eius-
modi iura domino non competunt, nonne nihil o*sculus*
contra eundem, et eos, quorum interest, locum sibi vin-
dlicant canones nostri? Ad quam quaestione priusquam
respondeamus, quaenam, circa denegatam contrahendi
facultatem, in *statutis nostris* sint disposita, videamus,
Cuius rei exempla sистunt:

1) De minore, art. 6. lib. 1. tit. 7. 2) De vxore op-
pignorante, et alienante, art. 1. lib. 1. tit. 10. et art. 8. lib.
2. tit. 2. 3) De alienatione bonorum hereditariorum. art.
6. lib. 1. tit. 10. 4) De moribundo obaerato, in fraudem
creditorum contrahente, art. 5. lib. 5. tit. 1. — Hoc qui-
dem primum omnium certissimum est, verba in art. 2.
lib. 5. tit. 2. sub initio prolati: *Ein jeglicher sehe wohl zu cet.*
ita accipienda esse, ut subintelligamus: Quisque, qui circa
res suas disponere valet. Deinde, si his adductis exemplis
paucis immoramus, facile perspicimus: impuberum at-
que minorum pacta, sine tutoribus atque curatoribus ini-
ta, quatenus iisdem laeduntur, esse invalida, secundum
expressa verba art. 6. all. *das ist zu Rechte unkräftig.* Ex con-
tractu vero, ipso iure nullo, ad tertium possessorum haud
quicquam iuris transire potest; nec igitur illud, quod sta-
tuta verbis: *neher daby bleiben comprehendunt.* Hoc idem
dicendum est de vxore, absque curatore alienante, aut
oppignorante; nec minus de eo, qui bona hereditaria,
quae in *speciebus* quoque consistere queunt, alienat sine he-
redum consensu. Ex debitoris moribundi bonis, si quo-
cunque modo ad tertium possessorum quidquam peruenie-
rit,

rit, in art. 3. all. rei vindicatio creditoribus conceditur verbis: *solches alles soll wiederum den Creditoren zu Gute eingebracht werden.* Quare paroemiae nostrae contra hos omnes perperam ac inaniter allegantur; nec defunt vindicantibus replicae, ex ipsis illis iuris patrii articulis depromtæ. Quum concreditaæ sint tutoribus et curatoribus res pupilli et minoris, horumque confensum suppleuerit magistratus: recte ex eo colligimus, regularum nostrarum optimum usum venire, si quidem tutores et curatores tradiderint alteri res concreditas, atque imposterum tertius possessor eas fuerit consecutus. Ad damnum vero refaciendum, minoribus et pupillis competit actio aduersus curatores et tutores; imo in subsidium aduersus magistratum. Restitutio vero in integrum, quamuis ex iure romano iis competit, nullum iisdem præcipuum commodum affert, quoniam, sicuti supra §. II. vidimus, ei tamen, contra quem laetus restituitur, pretium datum est refundendum. Hoc vero si fiat ex parte domini, spredo omni restitutionis in integrum beneficio, rem a tertio possessore posse reuocari, ex §. V. iamiam habemus cognitum.

En igitur ea, quas, pro temporis ac spatii ratione, in medium erant proferenda. Multas patrii iuris prouincias in transitu quasi peruagatus sum; nec eo secus latus insuper patebat differendi campus. Multos forsitan admissi errores, quibus tam imperitia, quam audacior quædam statutorum interpretatio ansam potissimum præbuerint. Ceterum, quidquid insit huic qualicunque specimini academico, ampla tamen laboris præmia tulisse milii videor, si ordine quodam congruo rerum proferendarum quali molem forte digesserim; quam ob causam, post multa præclara, de themate pertractato conscripta, me quidem acta egisse, non eredarem.

Heller, Fr., 1790-1800





B.I.G.



DISSE^{1794, 1}NTATIO IN AVGVRALIS.
DE
REI VINDICATIONE
JURE LUBECensi ARCTIS ADMODUM LIMITIBUS
CIRCUMSCRIPTA

QVAM
RECTORE ACADEMIAE MAGNIFICENTISSIMO
SERENISSIMO DUCE AC DOMINO
DOMINO

CAROLO AVGUSTO
DVCE SAXONIAE IULIACI CLIVIAE MONTIVM ANGARIAE
ET GVESTPHALIAE LANDGRAVIO THVRINGIAE REL.

EX
DECRETO ILLVSTRIS IVRISCONSVLTORVM
ORDINIS

PRO
SVMMIS IN VTRIQUE IURE HONORIBUS
RITE CONSEQUENDIS
DIE v. APRIL. C¹⁰ CCLXXXIX.
PVBLICE DEFENDET

A V C T O R
CAROLUS GEORGIUS CURTIUS
LUBECENSIS.

L E N A E,
EX OFFICINA FIEDLERIANA.